FUROR ANTIQUANDI FORUM AUSTREGARUM REPRESSUS





LItem de Wildfangiatu, cujus causâ Eminentissimus Elector Moguntinus ejusque Confœderati contra Serenissimam Electoralem Palatinam Domum, Ejusque Dominum arma induisse feruntur, talem omnino esse, quæ nec ad Comitia, nec in prima statim instantia ad Cæsarem, nec adeos, quibus extra ordinem ab Augusto mandata est jurisdictio, trahi, nec præcipiti cognitione, aut appellatione remotâ, nedum partis ipsius violento arbitrio, sed ordinariis judiciis, Judicibusque, salvo utriq; litigantium ad supremum Imperatoris tribunal provocandi beneficio definiri debeat, ratio suadet, leges Imperii edicunt, indoles causæ flagitat; idque Palatinos & nuper & olim jure optimo contendisse, Author Fori Austregarum, deductâ in apricum juris factiq; evidentiâ solidè demonstravit. Assertoremque *Vindiciarum contra Wildfangiatum, &c.* quòd admirabili Procerum Germaniæ curâ constitutum, servatumque Judicium non tantùm antiquare, sed &, ubi pax & jus Imperii Germanici judicialem cognitionem exigunt, Vindictæ privatæ, acerbis bellis, & decretoriis præliis, quasi ex jure, locum facere voluerat, verbulo uno alterove perstrinxit. Hoc verò homo bombilius, arrogantiâ & bile ferox, vix alium dicentem, nedum contradicentem ferens, ægerrimè tulit, ac proinde omnes in-

dignationis vires , mentísque impotentis impetum a
randum memoratum Fori Auſtregarum Authoren
virulentis verborum aculeis , tantoque ſtrepitu conve
octipedem excitatam , Anagirum commotum , & (
niam omnium judicia , aureſque turpiſſimis conv
vaniloquiis impleturam ab orco revocatam eſſe vid
Atque ſic ſtomachum in adverſarium erumpere cor
rem ipſam de quâ quæſtio erat , etſi ter maxim
ctator inter Juriſconſultos & Hiſtoricos videri voluc
junè tamen & confusè tractavit , nec ſtatum contr
ſatis obſervavit , nec ordinem , aut pondus argui
rum reſponſionumve attulit , ſed rapto tantùm hir
ex Foro Auſtregarum in contradicendi calumniandi
caſionem verbulo , maledicendi profluentiâ , ſarca
calumniis chartas implevit. Hæc cùm res ipſa , h
turpiſſimùm ejus ſcriptum , cui titulum malè præſ
Forum Auſtregarum Palatinum novum antiquatum ,
probaverit , illi quidem , qui pro Foro Auſtregaru
que legum & Judicum authoritate dixerat , nec
dendi occaſio , nec aliud ſupereſſe videbatur , quàn
infami libello Antiquatoris , de rabioſo ejuſdem ore ej
impudentiſſimis moribus , & fæcundo in tot crimina ing
ti mundo judicium committeret , elogio tantùm brevi ad
Antiquator Fori Auſtregarum fecit. Factum illud
maximè, poſtquam ex conventione partium Arbitri a
hanc Wildfangiatûs dirimendam electi ſunt , niſi ve
ille etiam multis mendaciis de novo pro conciliand
niſſimo Electori Palatino invidia , proque laudandis
ni belli authoribus, eorumque infeſtis per Palatinatur
ſationibus laboraſſet. Quibus pernicioſis conatibu
lentio aſſenſus præſtetur , cùm publicè interſit , no

remaledicendi libidine, quæ nulla nobis eſt, ſed ad rectum judicium de utriuſque ſcripti argumentis ferendum, viam ſtraturi, rem cum re, cauſam cum cauſa, rationem cum ratione ita conferemus, ut luculenter inde conſtare poſſit, utra partium, Moguntinane an Palatina? auctor Fori Auſtregarum, an impugnator ejuſdem, veram & non ſimulatam juſtitiam præ ſe ferat? Certum autem eſt, Forum Auſtregarum hæc duo velle 1. Controverſiam Wildſangiatûs non privatorum armis, ſed judicum ſententiâ, & quidem 2. non extraordinario, ſed ordinario judicio, pleniorique cognitione, appellatione etiam utrique partium permiſsâ, & ut verbo dicam, per Auſtregas definiendam eſſe. Utrumque negat Antiquator, quo jure quâve injuriâ jam liquebit. Igitur primum controverſiæ caput quod attinet, Leges, ratio, Mos Imperii, omniaque divina & humana jura, ſcripta, non ſcripta, quæ Statuum controverſias non armis ſed jure decidi volunt, manifeſtiora ſunt, quàm ut probari debeant. Unde haud dubium eſt, bellum inteſtinum tamdiu pro iniquo habendum, donec probetur illud ſufficienti ex cauſa & juſtè ſuſceptum eſſe. Quam cauſam verò, quamque Juſtitiam narrat Adverſarius? Palmarium & primum ejus argumentum hoc videtur, quod tanquam pſittacus ſuum χαῖρε à Moguntinis aliisve edoctus identidem clamat; *Palatinam acerbitatem nulli juri aut legi locum reliquiſſe, & à Palatinis conſiliis & conſuetudine longè ſemper abfuiſſe, juris & judiciorum ordinem optare; Omnis in Imperio jurisdictionis perpetuam illuſionem & detrectationem pro unico effugio Palatinos ſemper habuiſſe, nullam compoſitionem juridicam, vel tribunalis ullius vel Auſtregarum Palatinis cordi, nec eos Auſtregis magis quàm aliis judicibus confiſos fuiſſe. Ceſaris nomen & Authoritatem ne ad*

Status controverſiæ. Q. 1. An confœderati juſtè armis jura controverſa vindicaverint, an verò res ea ad Iudices pertineret? Quæſt. 2. Quis Iudex quodq; Iudicium competens huic cauſæ?

Ratio Confœd. quâ Vindictam privatam excuſare nituntur, à denegata juſtitia malè quæſita.

differentiam quidem eorum grassaturam publicam , aut
compositionis modum impetrandum valere potuisse , ...
confœderatos nullâ , nisi in armis spe relictâ , Marte j
usos esse. Quemadmodum autem, hæc, si probata essent
aliquam belli à confœderatis suscepti dare videri po
eadem meras verborum ineptias , & quicquid ejusm
gis , & lubricæ basi superinstruitur , solido fund
carere omnes intelligent , qui ex sequentibus edocti
Primò , Antiquatorem nihil eorum quæ effutiit pro
contrarium à Palatinis multis insignibus documentis
ipsâ adversariorum confessione evinci. 3. declinati jud
pæ , quæ Serenissimo Elect. Palat. impingitur , ips
fœderatos convinci , & maximè reos esse. Nihil
probare adversarium , ipsa ejus actio non testibus
tabulis, sed solis maledictis munita , manifestum faci
enim hic testium dicta ? quæ fides instrumentorum
planè , neque aliud quidpiam , quod vel plenæ vel
næ probationis speciem induere possit inveneris ,
linceis oculis , quicquid ille chartarum implevit, pe
Verborum tamen strepitu aliquid efficere conatur :
creta (inquit) est commissio , & non obstantibus
tergiversationibus & exceptionibus missa, substitit Spira
tavit Palatinum , ipse Cæsar denuò monuit , hortatus
tinum ut veniret , omnia frustra. Addit. *Cameræ In*
mandata violentis ludibriis projecta , spreta, contrarioru
rum continuatione proculcata. Nihil in ullo juris In
genere præsidii reliquum offenderunt. Hæ sunt inepti
bus detrectatæ à Palatinis omnis jurisdictionis fabul
batam reddere conatur adversarius ; insigne , si Diis
probationis specimen, dignum patellâ operculum. Nam
imaginaria probatio nudis fabulosisq; narratis constat, &

Resp. ad suprad rationem 1. eam non probari ab adversario 2. Palatinos multis Documentis & ipsa Adversariorum Confessione contrarium evincere 3. Confœderatos ipsos omnis Iurisdictionis Iudiciique detrectati reos esse.

Prætextus Confœderatorum. Diluitur Prætextus Commissionis 1. quòd ad eos qui bellum instruxerunt haud pertinuerit.

incertâ & abs re aliena est, neque id quod probandum erat, probat. Commissionem à Palatino spretam ait adversarius. Quæ verò illa commissio? quis eam impetravit? an armorum hæc societas? an saltem potiora capita? an hi Electores? an Moguntinus? an Trevirensis? an Coloniensis? An hi Episcopi & Principes? Wirtzburgensis? Argentinensis? Dux Lotharingiæ? Nullus horum. Acta publica loquuntur. Ad hosce igitur prætextum detrectatæ commissionis pro causâ belli jactatum nullâ ratione trahi posse manifestum est. Attamen hi ipsi sunt, qui soli militem & instrumentum bellicum suppeditârunt, eoque & Palatinis & reliquis confœderatis, qui Commissionem Anno 1654. excitârunt, plus damni uno semestri, quàm Wildfangiatus multis annis dedit, intulerunt. Ad horum ergo arma excusanda cùm nec jactata illa commissio pertineat, nec aliud quod adferat, habeat Adversarius, nemo non videt, hærere ei in probatione aquam. Sed etsi ad hos quoque bellatores pertinuisset ea Commissio, ne sic tamen quidquam inde præsidii ad eosdem redundaret, cùm perperam obtentam & justissimè eandem declinatam esse, ex sequentibus patescat. Ubi enim illa rogata? in Comitiis. At alibi per leges, & mores imperii, Statuum controversiæ peragi debent. An autem more Comitiorum solemni, communibusque suffragiis eorum, quorum res agitur in Comitiis, decreta? Nihil minus. Neq; enim sententiæ ab omnibus iis, quorum erat jus suffragii, dictæ, nec relatio ad Cæsarem, nec SCtum facta, sed ope potissimùm ipsorum confœderatorum Electorum effectum est, ut quicquid illud fuerit Commissionis, artibus Impetrantium contra leges & mores Comitiorum elicitum fuerit. Quid verò illa complexa? an eam territorii libertatem quàm armis vindi- 2. Commissio perperam obtenta.

catum

3. Per 8. Commissionem obtineri non poterat id, quod armis vindicant confœderati.

4. El. Pal. justissimas & modestissimas exceptiones Commissioni opposuit.

catum eunt confœderati ? Nequaquam , sed tan
medium contra narratos excessus, salvâ actione de Ju
sis , ni amicè inter partes conveniret , instituenc
diamus hac de re Vindicias ipsas : *Divum Cæsarei*
nandum tertium (ajunt sub finem cap. 4.) *clem*
testatum esse , non id agi ut jura bastardorum , quæ
dicat Elector, adimerentur. Sic impetrata , sic missa
missio Spiram , & substitit ibidem aliquantulum ,
hortatus est Serenissimum Elect. Palat. ut illi loc
vellet. Sed quid ille ad hoc? an Confœderatorum e
Cæsari loco precum , belli , minas & decretorias e
Adversariis clarigationem misit ? an tot injurias , f
minationes (quas magna pars ipsorum Confœde
ipsa expresse improbavit) machinationesq; in frau
stissimæ suæ possessionis tentatas vindicaturus , ad ar
clamavit , aut violentiæ socios conscivit ? aut ullur
ctati juris aut belli cogitati indicium dedit ? Nihil
sed quod solent , qui Cæsaris Majestatem , Judicu
gum authoritatem quâ par est , prosequntur rev
submissis precibus atque justissimis exceptionibus de
est , ne Cæsarea Majestas ipsum Commissione gra
eamque foro ordinario contra Imperii constitution
sum excludi , atque antiquâ possessione contra omi
æquum propere deturbari , sed judicio ordinario
garum experiri pateretur, maximè cùm dicta Com
Comitiis Imp. non decreta , sed in Collegio Electo
jora vota (non obstante quòd tres Electores Ec
nunc partem faciant) pro Elect. Palatino stete
tandem mutatione voti Moguntini paria numero f
Habebatur & ipsis Commissariis eorumque deleg
honos , iisque tum scripto , tum per Consiliarui

num exceptiones contra Commiſſionem decenter expone- bantur, & ad ordinarios Judices provocabatur. Scilicet hoc veteratori eſt; Cæſaris & omnis juriſdictionis authoritatem contemnere, pertinacem eſſe, tergiverſari. Sed quid Imperator, quid Commiſſarii ad exceptiones illas Palatinas? an rejecerunt ut irrelevantes? an (non obſtantibus illis) Coram extraordinariis judicibus S. Electori Palat. cauſam dicendam eſſe pronuntiârunt? an contumaciæ ſententiam in eundem tulerunt? an litem pro conteſtata, & actorum criminationes pro certis habuerunt? an executionem decreverunt, an controverſa jura armis vindicandi poteſtatem actoribus fecerunt? Nihil minus. Imò pondus & æquitatem exceptionum Palatinarum ſe agnoſcere re ipsâ comprobârunt, iiſque locum dantes à Commiſſione diſceſſerunt & eandem pòſt reſuſcitare tentanti parti Confœderatorum Auguſtiſſimus modernus Imperator repulſam dedit. Quæ omnia uti actis publicis manifeſtiſſimè probantur, pluribusque confirmantur per ea, quæ tradit Juſtit. Cauſæ Palat. p. 2. c. 5. §. 5. & 6. Ita quòd Antiquator ex Commiſſione, quæ nec hiſce belligerantibus, nec de hac cauſa conceſſa, nec ſine ſub & obreptione elicita, nec eorum, quorum oportebat ſuffragiis decreta, nec ſecundùm leges & mores Imperii data, nec aliâ quàm juſtiſſimâ ratione declinata, ideoque & ab ipsâ Cæſareâ Majeſtate ejuſque Commiſſariis intermiſſa, ſuppreſſa & reſuſcitare volentibus denegata eſt, juſtam belli inteſtini cauſam quærere & juſtitiam omnemque juriſdictionem à Palatinis detrectatam eſſe arguere ſatagit, planè ineptum atq; inſulſum eſſe nemo non videt. Neque melioris notæ, imò purum putum commentum eſt, quòd in hac cauſa Cameræ Imperialis mandata à Palatinis ſpreta, aut violentis ludibriis projecta narrat. Teſtantur

ſ. Cæſar & Commiſſarii exceptionibus Palatinis locum dedere

Prætextus alter Confœd. de Mandatis Cameralibus ſpretis.

 judicii

judicii illius Prothocolla & acta publica ab eo tempore, quo coaluit hæc armorum societas, nec ab omnibus nec à quopiam Confœderatorum, imò nec à quoquam mortalium ullum mandatum in causa Wildfangiatûs aut bastardorum in Camera impetratum esse, quid, impetratum esse? Nunquam adivit Cameram, nunquam causam Wildfangiatûs eidem exposuit hæc belligerantium turba, quæ, quod alibi satis superque edoctum est, spem fiduciamque omnem in conjunctis armis & viribus posuit. Multa magno conatu ostentationeq; sed majori vanitate & impudentiâ de mandatis Cameralibus effutiit Adversarius in Vindiciis. Mandati autem in causa Wildfangiatûs & bastardorum à Confœderatis hisce, quorum armis nunc justitiæ velum inde quærit, quæsiti, nedum impetrati nec vola nec vestigium ibi extat. Mentio quidem ibi fit mandati alicujus, quasi ex Constitutione de fracta pace dati, in negotio Deidesheimensi, sed id cùm longè ante initum hocce fœdus factum sit, nec ad hanc armorum societatem pertineat, nec liti, quæ nunc intentatur Sereniss. Elect. Palat. de Wildfangiatu aliisque juribus vel possessorio vel petitorio judicio aditum dederit, nec quæ extra muros oppidi Deidesheimensis exercentur Palatina jura impetierit, ἀλλότριον, & abs re præsenti alienissimum esse, manifestissimum est, & vel solus titulus isti causæ in Vindiciis præscriptus ostendit. Ex his hisce meridianâ clarius fit, nequaquam probata, sed ficta fabulosaque esse ea, quibus omnem jurisdictionem à Palatinis detrectatam, indeque belli causam datam esse Confœderatis adstruere voluit adversarius. Sed etsi probâsset, spretam extraordinariam Commissionem, spreta mandata Cameralia in hac causa his Confœderatis data, ne sic quidem omnem jurisdictionem à Palatinis detrectatam esse evicisset, aut sufficientem

Diluitur eo quòd Confœderati Cameram de hac causa nunquam adierunt, nec de eadem mandatū ullum quæsiverunt nedum impetrârunt.

Etsi Elector Palatinus Commissionē & mandatorum extraordinariorum processum sprevisset, non tamē ideò omnem jurisdictionem & judiciorū authoritatem sprevisset.

cientem inteſtini belli cauſam Confœderatis inveniſſet. Quis enim non intelligit, abſurdiſſimam & riſu quàm confutatione digniorem eſſe concluſionem illam : Detrectavit Commiſſionem extraordinariam & detrectavit extraordinarium Mandati proceſſum , ergò detrectavit omnem juriſdictionem. Atqui non detrectavit ordinarium Proceſſum , quem cauſæ gravitas & leges Imperii hic exigunt. Non detrectavit Auſtregarum Judicium. Non detrectavit provocationem inde ad Cæſarem , non detrectavit provocationem inde ad Cameram , E. ſequitur , vel ex ipſis narratis adverſarii, quòd omni potiùs juriſdictioni locum dederit Sereniſſ. Elect. Palatinus , quodque omni ordinariæ juris viæ armorum ſuorum vim prætulerint Confœderati : ceu ex ſequentibus manifeſtius fiet.

§. 2. Equidem Sereniſſimum Electorem Palatinum ordinarium nunquam defugiſſe Auſtregarum judicium, novit Cæſarea Majeſtas, & recordantur Auguſtæ Curiæ Proceres , quàm ſolicitè , quàm enixè Is per legatos , per Agentes , per Conſiliarios ſuos , Judices Ordinarios ſibi dari toties petierit. Neque clàm eſt , Eundem contra Adverſariorum quæſitarum Commiſſionum aliave iniqua molimina nullâ unquàm exceptione defenſioneve uſum eſſe (uſus autem eſt ſæpius) cui non addita fuerit ſeria ad Judicium Ordinarium provocatio. Extant in hanc rem literarum monumenta quàm plurima , extabuntque in æternam ignominiam Antiquatoris , impudentiſſimè negare auſi , quæ fide publicâ nituntur. Nihil nunc attinet , ſæpius illas repetitas Palatinas implorationes , tum in Aula Cæſareâ , tum in Comitiis ingeminatas recenſere , aut literas ad alios Imperii Status , inprimis quibus Anno 1655. Commiſſio extraordinaria obvenerat, eodem ſenſu datas ,

Probatur Elect. Pal non defugiſſe ordinarium Iudicium non cogn tionem Procerum Imperii, non cogn tionem Cæſaris aut Cameræ Imp.

prolixè recitare, aut omnia alia hujus rei indicia
monia, quæ adsunt plurima, congerere; Pa
per se manifestam satis illustrabimus. Inter a
Cæs. Maj. à Sereniss. Elect. Palat. 1655. 20. Sep
(quas integras exhibet Justitia Causæ Palatinæ p.17
referunt: *Quando itaque pace illâ, eamq; secutâ Cæsar*
sione, in provincias, omniaque jura, consequenter
minum propriorum & VVildfangiorum, quod Ma
ante bellum possederunt, restitutus sum, non tant
(plus enim nunquam petii) dictum jus hominum prop
Wildfangiorum exercere, sed etiam si Dominus Epis
rensis aliusve se eo gravatum putaverit, ex verbis
stregarum primæ instantiæ jure mihi uti licebit. N
hac in parte deterior conditio, quàm est Statuum aliorum
Minimorum, qui se primâ instantiâ privari non ferunt
terit. Et paulò post: *Quæ omnia uti ego non ad inj*
offensam cujusquam, sed tantùm inevitabili necessitat
meorum tuendorum proponere coactus fui, ita Vestr
Majestas pro summo, quod ei à Deo datum est, ing
ne judicabit, quantopere Commissio illa jura mea imm
quamque mihi pragnantissima causa sit, Cæsaream
denuò humiliter obsecrandi, ut mihi quantum ad h
missionem parcat, actoresq; si petitione contra me ab
non duxerint, ad Ordinarium Jus remittat, uti hoc
Vestram Majestatem humiliter rogo. Non recessisse
Elect. Palat. ab hac sententia, sed ad Judicium
rium subeundum sub ipsum nuperi belli initium et
paratum se obtulisse, idque tum ipsi Cæsareæ M
legato ipsius Serenissimo Principi Badensi pluribus
se, manifestò testatur epistola 10. Maij 1665.
rem data & pag. 183. Just. Caus. Palat. relata, ubi

Probatur. 1. Literis Elect. Pal. ad Cæs. 1655. 20. Sept. datis.

Probatur 2. Literis ejusdem 10. Maii 1665. ad Cæs. datis.

Elect. Pal. ſic ait : *Quando autem Jus ordinarium nunquàm evitavi, ſed ad id me ſemper paratum obtuli, atque etiamnum offero, proinde neque illa à Cæſ. V. Majeſt. propoſita amicabilis compoſitio mihi diſplicet, ſi modò una vel altera via, ſive juris ſive amicabilis compoſitionis, quarum electionem Cæſ. Veſt. Majeſtatis arbitrio committo, ita adornetur, ut in poſſeſſione & exercitio jurium meorum à multo immemoriali tempore obtento (quod de jure cuilibet privato permittitur) non turbet, ſed adverſa mea parti, ut vi armorum, quam minatur, abſtineat, à Cæſar. V. Majeſtat. mandetur.* Et paulò poſt. *Atque in hunc ſenſum Prædicti Domini Marchionis Badenſis Dilectioni ad dictam eam, quam nomine Cæſ. Veſt. Majeſtatis ore mihi retulit, propoſitionem reſpondendo, me debitè declaravi, quæ etiam recepit Cæſ. V. M. id humillimè ſignificare, &c.* Neque privatis illis tantùm, ſed & publicis literis eodem tempore conteſtatus eſt, totique imperio ſignificavit, ſe & antè fuiſſe, & ingruentibus jam Confœderatis adhuc eſſe paratum ad judicium de Wildfangiatu aliiſque controverſiis ſubeundum. Cùm enim Confœderati edicta publica armis & copiis præmitterent, iiſque & Palatina jura invidioſè traducerent, & nequis ſubditorum ſuorum iis morem gereret ſeverè interdicerent, Sereniſſ. Elector Palatinus affixis publicatiſque paſſim patentibus literis & edictis 6. Maii 1665. quàm non alienus eſſet à via juris hiſce ſignificabat : *Quare concluſimus (ait) nemini qui ſe per nos officialeſve noſtros ratione prædictorum jurium gravatum putat, juris in ſacro Rom. Imperio uſitati copiam denegare.* Idem teſtabatur diploma 23. Maii 1665. publicatum, hiſce : *Manifeſtiſſimum eſt, nec negari poteſt, Electorem Palatinum omnibus, qui antiquiſſimum ejus regale Wildfangiorum & hominum propriorum cum annexis violenter impu-*

Prob. 3. Declaratio ab eodem Legato Cæſar. D. March. Bad. fact.

Prob. 4 Edictis literis [pu]blicis.

impugnârunt, judicio ordinario sisti quovis tempore promisisse atq; etiam nunc promittere. Senserunt ipsi Confœderati, manifestiora hæc esse, quàm ut negari possent, ideoque Sereniss. Elect. Palat. ad Ordinarium Austregarum judicium semper provocâsse in literis 28. Decembr. 1664, ad Cæsarem datis haud dissimulârunt. Verba ipsa literarum Forum Austregarum repræsentat. Nec ipse Antiquator id dissimulat, quando ait: *Præferuntur verbo Austregæ, ut, frustra illis jactatis per appellationes mora litium, ex morâ novis consiliis & machinis via quæratur & occasio.* Quemadmodum verò haud inficias eunt Palatini, se, quod omnibus lege licitum & honestum, in causa tanti momenti ad appellationis quoque respexisse beneficium, quando Austregarum judices postulabant, ita etiam eosdem Palatinos Judicium Judicesque ordinarios non fugisse, idque ab ipsis Adversariis agnitum esse hinc satis superque patet; *quæ certè Testimonia tam sunt clara, tam copiosa, ut in contrarium quicquam validè afferri posse, quicunq; ex animo sentit, & loquitur desperandum habeat.* Nam & hic ipse veterator, qui antè omnem jurisdictionem à Palatinis detrectatam temerè effutierat, mox eosdem Austregas, & ab iis appellationes quæsivisse testatus, nullam fere in Status Imperii Jurisdictionis speciem, nec primam, nec secundam instantiam reformidâsse insinuat. Quorsum enim appellationes ab Austregis diriguntur, nisi ad Cæsarem ejusve Curiam Aulicam aut Cameram Imperialem. Quando ergò Palatini Austregas & provocationem ab iisdem postulârunt, annon & Cæsaris, & Cameræ & Principum Imperii cognitioni locum fecerunt?

Prob. 5. Verbis Confœderatorum.
Prob. 6. Verbis Adversarii.

§. 3. Est autem illa singularis Serenissimi Electoris Palatini animi generositas, nec minor de Justitia Causæ suæ fiducia, quòd instantiam nullam, nec ullum Ordinariæ Jurisdi-

Confœderatos Iudicia Iudicesque cane pejus

onis cognitionisve genus defugere, sed & ad hæc se paratum offerens, querentibus adversariis obviam ire, ad Jus judiciumque, suâ sponte invitare, & Cæsa- Majestatem ut his locum daret, quâ par erat, submis- ogare voluerit; cum aliis reis solenne sit judicia de- , actoribusque ad ea præcurrentibus compedes inji- Sed etsi horum nihil quicquam factum esset à Pala- irte, frustra tamen adversa ei Societas omnis Juris præ- sibi ademptum, atque unam in armis spem, sicque i belli causam fuisse diceret, cùm Ea ex patentibus, judicum foribus nullas pulsârit, Adversarium nun- n Jus vocârit, Citationem nullam petierit, nullam m ediderit, neque ullam legibus judiciariis reveren- sed hæc omnia ludibrio & contemptui, nec aliud rmorum suorum opportunitate invisum sine ullo vicinum obruere in animo habuerit. Hæc verò leratorum jam ab initio coalitæ armorum Societatis nsilia, acta, gesta, rerum Testimonia loquuntur, dicendi ars, nec negandi impudentia, nec ulla an- is techna evertet. Quis enim ille Judex, quem a- ? Certè non Camera, non Judicium Aulicum, ninùs Austregæ. Quæ preces pro citando Electore in causa Wildfangiatûs conceptæ? Cui, ubi & Confœderatorum nomine exhibitæ? quod edi- itorium ad eas directum? Quis nuntius exhibuit? cognitionis dicta? Quæ actio edita? Quando contumacia deprehensa? Quando accusata? à nata? Obmutuit antiquator, nec ad hæc, *quod loquatur habet*. Quid ergò absurdius, quid in- , quàm Juris judiciique detrectati notam affricare tinis, quæ ipsi Confœderati tanto studio cane pe- jus &

& angue fugisse ostenditur.

jus & angue evitârunt, ut non solùm nullum Palatinis detrectandi locum facere, sed etiam eosdem in jus venire paratos, nec audire nec sequi voluerint. Sanè nisi nimia Bellatoribus fuisset in magna armorum suorum conjunctione fiducia & in Electorem Palatinum bellum movendi ardor, haud difficulter ad viam Juris eos revocâssent insignia æquitatis Palatinorum specimina, quæ dum bellum meditabantur, videbant. Quippe cùm Dominus Baro de Leie contra Seren. Electorem Palatinum eodem tempore actionem in Judicio aulico intentaret, Elector quidem ad Judicium processusque ordinarios provocavit, ita tamen ut & simul Dominis Judicibus multis documentis Justitiam causæ suæ probârit, nec actori amicæ transactionis copiam denegârit Factâ enim transactione, Wildfangiatûs quæque ei annexa erant Jura in Dinastia Bahrweiler aliquot millibus Thalerorum redempta sunt. Magna etiam Confœderatorum pars suis experimentis didicit, quàm proclivis Sereniss. Elector Palatinus ad vicinales controversias vel Jure vel transactione decidendas sit. Eminentissimo Electori Moguntino ob oculos versabantur tres conventiones, quibus à Seren. Elect. Palatino tantum de pretio reluitionis. Stradæ montanæ, de Wildfangiatu eique annexis Juribus, de Stapula aliisque non sine magno Palatinatûs damno cessum fuit, quantum nec à Priscis Præsulibus Moguntinis sperari, nec à Palatinis olim impetrari potuit. Reverendissimus Episcopus Spirensis recenti memoriâ tenebat, sibi non tantùm sæpe transigendi occasionem & copiam datam, sed etiam per Legatos Palatinos brevi ante nuperos tumultus expositum esse, ut siqua in re per Officiales Palatinos contra conventiones, aut antiquam observantiam se gravatum putaret, idque Sereniss. El. Palatino exponeret, eundem, vel protinus si æquum videretur

Insignia æquitatis Palatinæ specimina quæ Confœderatos ad jus vel amicâ transactionem ab armis revocare potuissent nisi eorum nimia ferocia & bellandi libido obstitisset.

retur

atisfacere, si de æquitate dubitaretur, rem utriusq;
officialibus aliis, qui nullius iniquitatis postulati es-
determinandam committere velle. Serenissimus Lo-
giæ Dux videbat nihil non fecisse facturosve Palatinos
bolendis de Comitatu Falckensteinensi controversiis.
: amicam transactionem voluerat, hos recepisse. Ubi
mutationem, hos annuisse. Ubi ille terras pagosq;
ocul Alsatia sitos, hos nec hanc ejus conditionem
fficilem abnuisse. Rheingravii ex lite in Camera de
ali Jure in pago Wendelsheim à se motâ intelligi-
quàm promptè & fortiter in jure manu consertum
alatini. Reliqua Commilitii pars sibi quoque Con-
t juris transactionisve viam nec à se tentatam nec
niss. Elect. Palatino unquam spretam esse. Ergo, fine
tissima calumnia dici non potest, à Palatinis *omnem
tionem detrectatam, omnem viam juris interclusam,
n sua recuperandi spem quàm quæ in armis est, Con-
s relictam esse.* Neque cuiquam dubium superesse
quin declinati judicii & iniquitatis, cujus postula-
eniss. Elect. Palatinus, maximè & apertissimè rei
nfœderati. Quis enim non cernit Sereniss. Electo-
atinum toties in conspectu Comitiorum, in con-
Cæsaris legatorumque Ejus, imò in conspectu totius
ad jus judiciumque ordinarium provocâsse, totque
ificæ tractationis, quàm observatæ Judicialis autho-
gregia specimina dedisse; magnam tamen illam
n societatem, nec ullum judicem ordinarium, nec
ı Cæsaris aulicum, nec Camerale, nec Austrega-
e, nec citationem ullam petere, nec ullum pericu-
ıre facere, aut tentando saltem in speciem, af-
ıdicialis cognitionis specimen aliquod dare voluisse

tantoque Palatinum intestino bello opprimendi ardore abreptam fuisse, ut non potuerint non victricia in Erphordienses arma in Hunc convertendi libidinem protinus & præpropere explere, rebus etiam Erphordii vix satis firmatis, & Augustissimo etiam Imperatore aliisque Imperii Proceribus adhuc dehortantibus, intercedentibus? Omni intellectûs mentisque acie orbatum credere oportet, cui persuadere vult Antiquator: Adversam factionem tot Electorum, Archi-Cancellariorum aliorumque, Juris experiundi contra unum Electorum Palatinum copiam non habuisse, & magis ex necessitate, quàm ex belligerandi libidine bellum hoc civile movisse. Ubi pax erit, si ejusmodi nugas, commenta & quisquilias in belli causas rapere fat erit? Quæ bella illegitima erunt, si vani falsiq; illi prætextus nulli prædoni unquam defuturi Justitiam armis afflare poterunt? Quæ hæc nova æquitas est? Actorem à reo possessa vindicare, eiq; simul Judices extraordinarios & insolitum Judicii ordinem ex re arbitrioque suo præscribere, reumque contra iniquissima illa præscripta justissimè excipientem, deprecantem, & ad ordinarios Judices Judiciaque recepta provocantem protinus acerbo bello petere, & ceu detrectatorem Juris ferro flammâque persequi? Res eo redit, ut Confœderatis belli sui causa hæc sit: quòd scilicet Elector Palatinus non fecit quæ ipsi voluere, quòdque armatis leges & mores Imperii Germanici de Judicibus Judiciisque Principum non desiit accinere. Nihil, Nihil planè causæ belli Confœderatis fuisse cordati omnes vident. Sed et si quicquam fuisset, de eo tamen convenit inter omnes, injustum esse bellum, quod Status Imperii Statui sine authoritate Imperatoris infert. Et hinc ergo injustissimum est illud, quod Confœderati Status Imperii non modo sine authoritate, sed & contra expressam dehortationem Cæsareæ Majestatis Sereniss. Elect.

Palatino

Palatino intulere. Cùmque hanc iniquitatis rationem Eminentissimus Elector Moguntinus, cùm Erphordiensibus, non statim atque Moguntina postulata abnuerent, sed prævijs demum causæ cognitione, sententiâ & permissu Imperatorio armis vim inferret, nuper agnosceret; quæ nunc lex aut ratio tribuit Confœderatis id Juris in Principem Electorem, Electoralemque Palatinatum tot civitatibus conspicuum, quod arrogare sibi non sustinebant in Civitatem unam? sed pro ratione voluntatem, pro lege licentiam, pro Cæsarea authoritate armorum fiduciam & auctam ex Erphordianæ expeditionis eventu belligerandi audaciam, pro causa odium & invidiam vicini fuisse, cuilibet animadvertere in proclivi est. Unde quicquam æqui aut quod legibus aut moribus Germanicis consentaneum fuerit, inesse armatæ Confœderatorum invasioni, *illi demum credituri sint, qui nugas calumniatorias & effrenata fabulatoris adversarii commenta à juris & æqui ratione non poterunt discernere.* Nunc ad secundum controversiæ caput transituri, quisquilias quas contra Forum Austregarum collegit Antiquator tantò faciliùs refellemus, quantò solidiori fundamento, tot puta Constitutionibus Imperii, tot Cæsarum sacramentis, pactisque tum & Ordinationibus summorum tribunalium, Cameræ, Judiciique aulici, tot præjudiciis, denique & ipsis pacis tabulis id niti demonstravimus. Hæc tam firma, tamque immota præsidia quibus arietibus quibusque machinis impugnet Adversarius nunc contemplari, & deliria Antiquatoris nunc mitari, licebit. *Introducitur ergo (ait) Forum Austregarum inaudito, adeò non ordinario more. Introducitur elusorio prætextu tanquam interversum, introducitur ubi locum non habet, introducitur ad cavillanda & tollenda uno impetu, quæ hactenus tot laboribus pacem suadentium*

 & re-

& reconciliare volentium Legatorum ac Principum convenere. Quæso unde illud *ergo* ? Ex quibus præmissis enormis atque horribilis illa sequitur conclusio ? ex quibus rationibus illa decisio ? scilicet præmisit quòd *Author fori Austregarum novum substituit & à se adornatum controversiæ statum.* Quæ verò illa novitas, quid ipse adornavit ? Dixit primò à Servitute Palatina suam ditionem vindicare Fœderatos, dixit secundò, Electorem Palatinum Eos ad Judicem & Austregas invitare ac ne vim faciant rogare. Prius non negat nec impugnat Antiquator. Posterius pernegat, & à Palatinis consiliis longè abfuisse juris judiciique ordinem optare contendit. Atqui posterior assertio nihil quidquam facit ad quæstionem de foro competenti, sed sola prior. Qui enim in re judiciaria non planè hospes, cuique non fungus pro cerebro est, ille facilè intelligit, leges quæ Judices Austregarum Statibus imperii tribuunt, locum suum habere, sive reus actorem rogaverit, ne vim faceret, sive non, sive à rei consiliis absit jus optare sive non. Etsi illa quidquam ad rem facerent, quale inde forum tandem extruet Antiquator ? quem turpissimâ impudentiâ Palatinam provocationem ad jus ordinarium negasse, relata supra omni exceptione majora documenta convincunt? Status controversiæ in quæstione hac de foro consistit tum in conditione litigantium, tum in genere petitionis. Utrumque ita narravit Auctor Fori Austregarum, ut Adversarius nihil contradixerit, utq; ex applicatione facti ad Constitutiones de Austregis, in hac causa inter has partes forum Austregicum competens esse procul omni dubio sit. Leges publicæ enim hocce tum dant, cùm El. Principes, Comites, Nobiles adversus Electorem experiri volunt. Factum hoc narravit memoratus Author, & revera ita se habere nemo ne adversarius quidem

quidem inficiatur. Leges publicæ generaliter omnes actiones & controversias dicto judicio subjiciunt, nisi quæ fortè specialiter eodem exempta sit. Vindicationem autem libertatis territorialis, hominis proprii, vectigalis, conducendi, aliusve juris consimilis nullibi eximunt, de iis verò nunc controverti narratum, nec ab ullo negatum est. Ergo nec in facti nec in juris enarratione nec in unius ad alterum applicatione quicquam peccavit Author Fori Austregarum. Ergo indigna est refutatu, *putida illa & miserâ rhetoricatione in longum producta declamitatio, quâ Forum Austregarum, quasi mutato statu controversiæ, antiquandi causam comminiscitur, tragicum in morem plaustrarius convitiator.* Sed ecce & aliud ejusdem telum ait: *Quid, Austregarum jura ex Ordinatione Camerali describit Vitruvius Fori novi, & pretervidet aut dissimulat, quod ibi tam signanter additur (post. 2. Tit. 9.) de querelis turbatæ pacis publicæ ad Imperatorem vel Cameram Imperialem deferendis.* Eblaterat quicquid in buccam venit, sive ad rem faciat, sive non. Quid enim absurdius aut à quæstione alienius exceptione illâ de fractâ pace. Forum Austregarum in lite de Regali hominum Palatinis Propriorum jure, non in causa fractæ pacis assertum esse & titulus & tota scripti series evincit. De fractâ pace Imperatorem & Cameram cognoscere, eadem manifestò testatur, Annon enim expressè ait? *Cæsaris, Comitiorum ut & summorum tribunalium est, tranquillitatem publicam servare, arma & periculosa exterorum fœdera minantes severis edictis coercere, vim prohibere, jus imperare.* & paulò post. *Alia cognitio est quæstionis an Elector Palatinus Regali propriorum hominum jure, quod Ipse Majoresque Ejus in Vicinorum territoriis exercuere, ejusve possessione privandus sit? alia de adversariorum ejus oppri*

Opponit. 2. Adversarius Austregas cessare cùm agitur ex Constitutione de fracta pace.

Resp. Extra oleas vagatur Adversarius Nō est quæstio An Austregæ sint Indices in causa fractæ pacis. Sed an sint Indices cū quæritur, an El. Pal. competat jus Wildfangiatus, cōducendi & Vectigalium in Vicinorū ditionibus.

mendis violentis moliminibus. *Hanc Imperatores, Comitia, summa tribunalia pacis gratia celeriùs & levato velo expedire, illam civilem actionem Judicibus Ordinariis suo ordine, loco, tempore terminandam esse æquum & necessarium est.* Ad hujus solis radios oculos attollere reformidat Antiquator, *nocstua, & tenebrosa sibi involucra circumdat putans non cerni se, si ipse non cernat lucem.* Quis tam obesæ naris est, ut non intelligat aliam esse litem de fractâ pace, quæ potissimùm ad bannum & pœnas Constitutionibus insertas tendit, aliam de vindicanda territoriorum libertate & eradicandis vicini juribus. At hanc, non illam moveri omnes agnoscunt, Vindiciæ secundùm libertatem Imperialem contra Palatinum Wildfangiatum testantur, Confœderatorum postulata certius faciunt, objectum arbitrii pacto Oppenheimensi determinatum extra omne dubium ponit. Et qui his causam fractæ pacis ineptè prætendit Adversarius, ille modò de Privilegii interpretatione agi vult, sicque *temulenti instar nunc huc nunc illuc proruit*, & præter fabulandi & fingendi impudentiam nihil ostendit. *Qui ita agunt, inter seria se ludere & in gravi argumento ineptiarum telam se ordiri toti Mundo testatum faciunt.* En autem novum Antiquatoris aucupium, *An superioris* (inquit) *sæculi querimoniæ super his controversiis ad Arbitros remissa sunt, an similes causa in Imperio alia in hunc diem Forum Austregarum calefecerunt?* Quid nî cum Labeone hic quis respondeat: *aut stulta est tua interrogatio, aut non intelligo quid quæras.* Nisi in controversiis Principum hospes esset importunissimus Adversarius, aut atra bilis & virus, quod identidem eructat, ei omnem judicii & oculorum aciem, si quam habuit, ademissent, non quæreret aut nesciret quæ in omnium conspectu sunt. Legibus Imperii, pactis sacramentisque

Oppo. Adversarius quòd superiori sæculo ejusmodi controversiç forũ Austregarum n n calefecerint.

Refutatur evidentiis jurium exemplorumque contrario rum.

que Cæſarum, Formulis ſummis tribunalibus præſcriptis, Querelis, Pace publicâ tum hoc tum ſuperiori ſæculo uſus vigorque Auſtregarum tam ſedulò tamque ſollicitè vindicatus eſt, ut nemo ſanus hæc dicis causâ facta ducere, aut dubitare poſſit, de pagis, ſubditis & juribus, controverſias præſentibus planè conſimiles, tum Auſtregica judicia calefeciſſe, maximè cùm Adverſarius hæc ipſa manifeſtiora eſſe contendat, quàm ut in confirmationem eorundem leges pactaque ipſa citari debeant. Præter hæc Forum Auſtregarum non pauca exempla litium ad forum Auſtregarum ſuperiori ſæculo remiſſarum exhibet, plurimaque alia inter Cameræ Imperialis ſententias à Bartio collectas inveniri ſignificat. Quinimò & ipſorum Confœderatorum majores aliquot de hiſce ipſis juribus in homines proprios & Baſtardos Auſtregas poſtulâſſe & conventionales judices ſortitos eſſe literarum ſententiarumque ipſis verbis demonſtrat. Tametſi in hac tanta luce non pudet impudentiſſimum antiquatorem quærere, *an ſuperioris ſæculi querimonia ſuper his controverſiis ad Arbitros remiſſa ſint? an ſimiles cauſa in Imperio alia in hunc diem forum Auſtregarum calefecerint?* Meliori hic jure *ad antiquitatem revocatur, qui impertinenter & imperitè, ſed grandi & ſatagente conatu eam præ ſe fert.* Si vel à limine archiva Confœderatorum ſalutâſſet, & non verborum ineptiis, quàm rebus intentior fuiſſet malus eorum cauſidicus, intelligeret & eloqui poſſet, quoties & eædem & conſimiles controverſiæ Auſtregas calefecerint. Vidiſſet cauſam inter Electorem Moguntinum & Palatinum de hominum propriorum aliiſque juribus in Oſthoven ad Epiſcopum Herbipolenſem veluti judicem Auſtregicum delatam. Vidiſſet inter eaſdem partes de juribus ſimilibus in pagis Schevelentz coram Epiſcopo Bamber-

Bambergensi ut Judice Austregico disceptatum. Vidisset ejusmodi Judicem ipsum Electorem Moguntinum inter Tre-virensem & Palatinum Electores de Pellentiis ejusque juri-bus annexis litigantes egisse. Vidisset idem præstitisse Epi-scopum Spirensem in compluribus litibus Palatinos & Ma-gistrum Ordinis Teutonici inter ortas. Vidisset Episcopum Argentoratensem Austregarum judicium in lite de Wildfan-giatu inter Electorem Palatinum & Episcopum Worma-tiensem dedisse. Denique centum & plura ejusmodi ex-empla vidisset, & ineptâ quæstione supersedisset. Habet ad quæstionem suam responsum Antiquator; reddat si-ceam & respondeat ad hanc: An hæ controversiæ extraor-dinarias Cæsareas Commissiones calefecerunt? an Cæsa-reæ interpretationis prætextu ab omni alio Judice Judicii-que ordine averruncatæ sunt, quod quidem malè conten-dit novi illius fori processûsque Vitruvius, at absurdissi-mum legibusque & moribus Germaniæ maximè contra-rium esse nemo non intelligit, nisi qui jus historiamque patriæ planè ignorat. Sed interpretandi illam necessitatem ad elusionem Austregarum Fori confictam tandem plenius etiam videamus. *Fit quæstio (ait Adversarius) quæ mens Pri-vilegii datoris, cujus definitio à Cæsare avocari nullo modo potest* & paulò post: *De Privilegiis autem generale Iuris dogma sui vi stat stabitque contra omnem calumniam. Ejus est cognoscere & interpretari Privilegia, cujus est ea largiri arg. l. 6. C. de SS. Eccles. c. 12. & ibi gl. Abbas & Canonistæ, de Iudic. Bursat. consil. 156. n. 2. Unde in Privilegiorum Cæsareorum causis, sta-tim, immediatè, neglecto primæ instantiæ Privilegio, Imperatorem vel Cameram adiri posse Dd. tradunt. Otto Melander in Comment. Næ Meurer n. 54. aliique. idque de jure verum est, ubi etiam de Iure allegantis Privilegium quæritur. Nam inane est effugium* quod

quod affertur ex illa distinctione. Quippe de Jure allegantis Privilegium hìc pronunciari non potest, nisi de Jure constituto unà pronuncietur. Duplicem hìc, si non fraudem, saltem errorem admittit Antiquator, alterum facti, alterum Juris. Factum perversissimè narrat, dum dicit, *sit quæstio quæ mens Privilegii & datoris.* Quod verò Privilegium, quam mentem, quem Datorem ejus intelligit? Maximilianum, sine dubio, ejusque diploma, ut alibi expressiùs loquitur. At ridiculum & ineptissimum est, quod de horum sententia & mente nunc quæri ait, cùm de his nunc controversiam non esse omnes norint, qui in hâc causâ aliquid intelligunt. Totum quantum enim rescriptum illud in omnibus partibus clarissimum & manifestissimum est. Dicit Electorem narrâsse se majoresque suos, ab antiquo in id usque tempus, Jure Wildfangiorum in vicinis locis recipiendorum, nec non Jure caducorum fruendorum usos esse, atq; tum etiamnum uti. Rogavit autem Elector ut Consuetudines & jura hæcce confirmare, stabilire, & de novo dare vellet Imp. Confirmavit & stabilivit & de novo dedit scienter Divus Maximilianus. Idemque cæteri subsequentes Augusti. Nihil hìc dubii, nihil ambigui, nihil obscuri. Certissimum verò est, Divum Maximilianum Jura Wildfangiatûs & caducorum Palatinis confirmâsse & de novo dedisse, ut illi ea ante exercuerant atque tum exercebant, quod jam pleniùs publici Juris facta diplomata illa demonstrant. Non ergo quæritur, quæ mens sit Maximiliani ejusve Rescripti. Id enim post sesquiseculum, postq; antiquiorem & posteriorem continuum usum hujus Juris, nunc novo aucupio quærere, quàm sit absurdum quisq; secum judicet. Sed quæritur quid de Wildfangiatus aliisq; controversis Juribus, sive longo usu, sive aliis legitimis modis Palatinis acquisitum sit. Quæritur inquam an Elector Palatinus justè exerceat Wildfangiatûs, Vectigalium

& conducendi Jura cum annexis, in Confœderatorum ditionibus; præsertim an nonnullibi Jus collectandi, delectus militares instituendi, operas indicendi similiave habeat? Confœderati atque importunissimus Austregarum impugnator id non tantùm ex Privilegio, sed & aliunde competere negant, Affirmat autem Serenifs. Elect. Palatinus, vindicatque id tum ex usu possessioneque Maximiliani Rescripto antiquiore (quo & ipsum rescriptum illud nititur) & posteriore, tum ex ipso rescripto, tum ex conventionibus, tum ex aliis causis. Unde nec actores, nec reos in Privilegio Maximiliani, præsentis litis fundamentum unicum quærere manifestum est. Quid enim Actoribus proderit aut oberit reis, si Imperator interpretando definiat, omnia Jura illa controversa ex literis Maximiliani nominatim arcessi non posse, Palatini verò demonstrent, se nihilominus iis immemoriali tempore usos, eumque usum & à Maximiliano aliisque Impp. confirmatum, adiæc multis conventionibus, sententiis, aliisque modis stabilitum esse. In Jure etiam gravissimè (quod facillime condonandum Cathedrario Declamatori) errat, quando malè aliunde mutuatis textibus & allegationibus suis, Fori Austegarum fundamenta everti retur. Assertum enim quidem dicto in Foro est *Privilegii interpretandi authoritatem penes Cæsarem esse qui dedit*: sed additum fuit, regulam illam cessare, ubi nullum verbum, nulla sententia dubia, aut ambigua, aut obscura, nec de tenore Privilegii quæstio est; Cessare etiam, quoties de Jure magis ejus qui Privilegium allegat, quàm ipsius Privilegii controvertitur. Quid contra hæc adversarius? Ecce giganteum impetum. *De Privilegiis autem* (ait) *generale Juris dogma suâ vi stat stabitque contra omnem calumniam, ejus esse cognoscere & interpretari Privilegia cujus est ea largiri.* Hoc lege, hoc canone, hoc glossis & interpretibus confirmat. Sed quid hisce insulsius, imò quid stultius? dogma illud, quod

quod contra omnem calumniam, tantò tamque ridiculo conatu defendere satagit Adversarius, non tantùm non controversum, nec in Foro Austregarum negatum, sed & expresse ibidem assertum & pro indubitato & certâ regula habitum est. Sic quæ nec controversa nec probationis indiga sunt, inanibus fulcris adstruere satagit, ubi autem probatione opus erat maximè, pisce mutior est. Nam &, quæ pro supradictis exceptionibus adduxit autor Fori Austregarum, silentio prætereit Adversarius, nec ipse ullum canonem, legem, glossam, aut autorem, qui contrarium asserat, allegat, quin potius ea suis ipsius allegatis, glossis & interpretationibus confirmat. Ita enim gl. ab ipso citata ad capit. 12. de Judiciis: *Dicas quod hoc habet locum cùm verba obscura sunt vel ambigua, quia tunc ejus est interpretari cujus est condere, ubi verò aperta sunt & clara, potest (Ordinarius) Judex dicere, obstat Privilegium vel non obstat.* Sed quid allegatus Abbas, illene supradictas exceptiones eversum it, aut, quod vult adversarius, distinctionem inter cognitionem de Jure Privilegii & privilegiati pro inani effugio habet? Minimè verò. Ita sentit: *Quæritur* (ait) *nunquid inferior possit cognoscere & definire incidenter inter partes, & ad ipsarum præjudicium, non directè super mente Privilegii, sed an privilegiatus sit capax, seu an Privilegium sit surreptitium: Et communiter Dd. sentiunt, quod sic potius judicat de privilegato quam de Privilegio. Per hoc quod notatur in simili in c. 1. & 2. de Confirm. utili vel inutili, & in c. super literis. de Rescr. & in c. 1. de Lit. cont. lib. 6. in not. Aut dubitatio est solum circa verba Privilegii, & tunc, si casus est clarus, seu de facili decidibilis, potest inferior cognoscere, ad præjudicium partium, secundum omnes. Et pro hoc adduco hanc rationem. Nam video quod in decisionibus causarum Judex inferior interpretatur legem scriptam in præjudicium partium, licèt scriptum sit generaliter*

liter, *quòd ſolus Princeps interpretatur legem*: *Fortius* (*ergo*) *poterit incidenter interpretari legem non ſcriptam*. Neque aliter alii canonum interpretes ad quos provocavit Adverſarius, Ant. de Butr. *ad dict. c.* 12. ſic ait: *Si verba Privilegii ſint aperta & clara*, *ita quod nulla ibi cadat dubitatio probabilis*, *cognoſcit inferior*, *ſi vertitur in dubium de validitate Privilegii*, *aut ejus intentu*, *ſi dubium non eſt probabile quod apparet*, *ſed caſus apertus*, *vel tale dubium eſt*, *per gloſſas communes vel opiniones communes decidibile*, *ſatis puto inferiorem de hoc poſſe cognoſcere*, *ſicut videmus quotidiè Judices ſuper talibus judicare.* Alia etiam in Camera aliisque Judiciis recepta exceptio cognoſci poteſt ex dictis Carpzovii lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. tit. 25. def. 416. n. 8. *Aſſertio hæc* (ait) *quâ ſolus Princeps dicitur competens Judex in cauſâ Privilegii*, *reſtringi debet*, *quando diſputatur de ſubſtantiâ Privilegii vel quoties Privilegium tangit Jus Principis*, *ſi verò Jus alterius concernat*, *tunc etiam cognitio ſpectat ad Judicem ordinarium*, *ut pulchrè declarat Baldus & poſt eum Gail.* Quando ergo præſens controverſia non inter ſummum Principem, ſive Auguſtum & Electorem Palatinum, ſed hunc inter & alios Imperii Status, non de ambigui aut obſcuri diplomatis ſano ſenſu, ſed de jure Wildfangiatûs, caducorum, conducendi, vectigalium aliisq; quocunq; modo acquiſitis vertitur, quando non verbuli aut ſententiæ elucidatio, ſed ordinaria cauſæ cognitio de antiqua poſſeſſione, de conventionibus, tranſactionibus ſimilibuſque, non interpretatio, ſed ſententia definitiva, ſive in poſſeſſorio ſive in petitorio judicio ferenda, deſideratur; quis Imperatoriæ interpretationis neceſſitatem hic aſſerere, eoque vaniſſimo atque ineptiſſimo commento judicii ordinem pervertere, & tot legibus datam cognitionem Auſtregis, hoc eſt Cæſaris commiſſariis è manibus extorquere præſumeret, niſi im-

 745

si impudentissimus & ignarissimus harum rerum Scholasticus Declamator & plaustrarius conviciator, contra cujus intolerandas calumnias, & circulatoriam inaniloquentiam invictum stabit Imperii illud jus : *Procerum controversias generaliter omnes, Austregarum in judicio legitimè agitandas esse, nisi quæ earum speciali jure alteri judicio destinata sit.* Quæ verò constitutio, quæ lex litem Wildfangialem, aut de conducendi, vectigalium similive jure Austregis ademit, & aliis Judicibus definiendam tradidit? Nulla, Nulla unquam. Igitur quoad aliorum jura & privilegia vel solus judicet, vel concurrentem cum Ordinario Judice Jurisdictionem habeat Imperator. At, quò minus Austregis primam cognitionem in procerum controversiis, quales præsentes sunt, aut Statibus Imperii, solitum Judiciorum ordinem atque provocationis beneficium aufferre possit, faciunt tot pacta sacramentaque Cæsarum, totque leges Imperii fundamentales, in foro Austregarum recensita. Sed quid hisce immoramur, cùm non tantùm ipso jure, rationibus atque præjudiciis, nullâ exceptione aut calumniâ convellendis, ceu firmissimâ basi Forum Austregarum Palatinum niti abunde demonstratum, sed & ipso Confœderatorum facto comprobatum sit, nullam heic esse necessitatem Cæsareæ interpretationis. Hoc enim si credidissent, certè Potentissimos Galliarum Succiæque Reges hujus litis arbitros haud elegissent. Atque sic solidè & ordine depulsis confutatisque, quæ speciem argumenti contra Forum Austregarum habere videbantur, nunc cætera Antiquatoris commenta delirasque fabulas & convicia, si non pari cum ipso verborum ornatu, methodo saltem eâdem & jure meliori breviter perstringemus. Ecce titulum : *Forum Austregarum Palatinum novum antiquatum. Novum* mentitur : Cur? Quia, nisi in ipso limine Lectori imponeret, persuaderetque moribus & legi-

 bus

bus antiquis Palatinos haud inædificare Forum, fraudem, quam machinabatur, vel in ipso limine observatum iri sensit metuitque. Mentienda ergo fuit *novitas*, licet ex ipso Foro Austregarum evidentissimè pateat, Palatinos non novum, non singulare aliquod, sed ipsum illud Forum, quod Ordinatio Cameræ præscribit, quod pacta Sacramtaque Cæsarum confirmant, & jam olim in his controversiis receptum, tamque anxiè ab Imperii Statibus defensum fuit, postulare. Sit ergò *novum* illud forum quod commentus est Adversarius antiquatum: sit Chymæra, quam extruxit, expugnata. Illud sanè Forum, quod Palatini postulârunt, defenderunt, stat stabitque inconcussum, quamdiu legibus Imperii fundamentalibus suus vigor manebit. Quando verò antiquatio facta? *Anno* 1666. Ut sorex prodit Antiquator, & pessimum genium furiasque infernales, quibus agitatus tot mendaciis vitiisque immersus est. An. 1665. die 21. 31. Octobris factâ Oppenhemii, & paucis post diebus confirmatâ conventione, lis omnis de Judice & foro competenti sublata, atque in hanc diem planè sopita est. Furor tamen Antiquatoris continere se non potuit, quin subsequenti anno eandem resuscitaret, indeque virus & convitia sua eructandi occasionem raperet, non aliter, atque ab inferis excitatus malus Spiritus, qui ad evocantis vocem promptè se sistit, sed non eâdem obsequendi promptitudine recedit aut quiescit. Ni caveant sibi Fœderati, viderint, quem ad tutelam causæ suæ vocaverint. Cum illi enim de lite transigunt, hic eandem majori furore resuscitat. Cum illi expressis pacti verbis de Jure Wildfangiatûs, conducendi & vectigalium agi dicunt, hic de fracti pace & oraculi Cæsarei interpretandi necessitate rem agi contendit. Cùm illi Regibus exteris judicium deferunt, hic

hic Cæsarem, Cæsarem unum & *necessarium* Judicem esse, eique cognitionem adimere *non rari, sed gigantei ausûs facinus esse clamitat.* Ni Monstrum hoc obiyzo & tumidis aliquot titulis placaverint Confœderati, jam distentis unguibus & stricto in convitia calamo, ipsorum existimationi minari videtur, quod illi aliter fecerunt atque illud scripsit. Titulum Fori Austregarum *Laciniosum & undiquaque extensum ait.* Sed vel sic tamen præstiterit brevi mendacique, qualem Antiquator suis præscripsit. *Scriptorem autem Fori Austregarum non nisi grandium rerum sibi alüsque promissorem facit.* Mirum sanè, quatuor integras priores lineas convitio in personam Adversarii vacuas transmisisse, & quintâ demum ad ingenium suum rediisse Antiquatorem, cujus aliàs prima, media & ultima cura est, in pessimis, quibus plerumque adhibetur causis, maledicendi virus in scriptores dirigendo, ipsius causæ considerationem obfuscare. Sed quæ illæ grandes res, quas promisit Scriptor ille? Qui illi alii quibus promisit? Quando? an testatò? Quibus testibus aut indiciis promissio illa facta? Sycophanta impudentissimus blaterat quicquid vult. Eam esse indolem scriptoris Fori Austregarum, ut grandiores res non polliceatur, quàm quas præstare scit, nôrunt omnes, qui ipsum nôrunt. Et sanè in hac causa nullius promissi reus est, nisi quòd Hero suo intemeratam fidem & promptum obsequium, sanctè semper servata servandaque obstrinxit. At nunc solenniter promittit, se facti ipsius evidentiâ & indubitatis documentis apertissimorum mendaciorum, calumniarum & fraudium Antiquatorem, sive Calumniatorem illum impudentissimum, & impostorem Crocodilo nocentiorem convicturum. Fidem hanc promittit, & si nondũ factum, liberabit facili negotio. *In toto libello Statum Controversiæ mutatum*

tatum & veram facti speciem inversam etiam dicit Sed dicit tantùm. Hoc enim si probâsset, cæteris ineptiis & calumniis faciliùs supersedere potuisset. At quod probare nequit, illud rudentis Cumani instar magnâ voce obtinere, atque unus omnes ipse impudentissimè & mendacissimè fallere, & contra totius Imperii conscientiam, tantùm de vi publica Palatina armis depellenda, non verò de juribus Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliisque huic aut illi per Judices adjudicandis agi, effutire conatur, eosque qui contra & quod res est sentiunt, facti speciem invertere arguit pessimus Veterator. Quin & *implendis paginis, an docendis discipulis, quicquid de Austregis leges publicæ omnibus obviæ tradunt, descripsisse Architectum Fori Austregarum* cavillatus, hoc sarcasmo valde mordere sibi videtur. Sed latrat tantùm, seque miserum ridendum dat. Nam quæ leges publicæ de Austregis edicunt, ea in quæstione, an Austregicum Judicium sit forum competens, inania paginarum implementa, & discipulis tantùm tradenda dogmata, esse nemo dicet, nisi Scholasticus Declamator, qui earum ignarus, solo Comici, Tragici, aut alterius Græci Latinive Authoris dicterio superbiens, fundamenta rerum à rebus aliena putat. At inquit *omnibus obviæ sunt illæ leges.* Quomodo verò omnibus obviæ? scilicet quod inter editas constitutiones Imperii extant, eodemque volumine continentur. Da veniam quæsumus aeris ille Censor, quòd Palatini justitiâ suæ causæ freti, adversarium ei tam tritâ & simplici viâ incedentem opposuerint, qui ex editis legum in Germania receptarum libris causam agit, & non potius ex Criticorum aliquo abstruso manuscripto, aut Philologorum more contendere, aut fuctis Antiquatori, armis cum eodem congredi voluit. Sed *Discipulorum* illa & *legum* mentio Palatino scriptori

professo-

Profeſſoriam ſtationem inter Juris Anteceſſores exprobrare, talemque indignum qui Antiquatori opponatur Antagoniſtam eſſe velle videtur; Satrapam aut Urbium aliquem everſorem eſſe oportet ferocem illum Antiquatorem, qui tam deſpectui Juris Anteceſſores habet. At at putârant Palatini (imo omnes) ſi non Ludimagiſtrum latinè benè doctum, *& librorum Caſtigationibus aſſuetum*, Profeſſorem tamen, & quidem ex Philoſophorum ordine, qui, orationibus, pro Civicorum funerum laudibus, & inter Beanorum depoſitiones (quod cum veniâ Magni Grammatici dictum ſit) ſimilibusque de argumentis dictis, nec non Programmatibus nonnullis oratorii artificii laudem aſſecutus taliſque habitus eſt, qui res vel exiguâ, vel nullâ laude dignas, vel per ſe vituperandas, encomiis tamen & verborum lenociniis in cœlum tollere noſſet. Quali Patrono Confœderatorum Cauſa egebat. Isne ipſus an alius eſt? Affirmant conſtanter omnes eum eſſe. Sunt qui nova monſtra parturientem Moguntiæ ſe vidiſſe ajunt. Sunt qui allocuti ſunt. Norunt omnes, ipſe ſolus ſe non novit, ſive quod inſolitus honos, ſive quod inſolita controverſia, afflictâ cerebri parte, non ſinit hominem eſſe apud ſe. Quid mirum ergo, ſi quicquid alii dicunt, multiplex confuſio & titubatio & imperitia videatur homini, cui mens nunc adeo turbata, confuſa & titubans eſt, ut plane hellēboro indigere eandem manifeſtum ſit. Quid mirum, ſi æger ille omnia ægrè ferat, & pro *miſeris & abſurdis, parumque cohærentibus* habeat, quæ tamen talia eſſe demonſtrare nequit. Sic ſolent qui corrupti palati ſunt, cùm ipſi malè judicant, ciborum ſaporem accuſare. Sed quæ hæc eſt calumniandi audacia, quâ Antiquator ait Fori auſtregarum Authorem, *vellicatâ clarigationis voce in Vindiciis uſurpatâ, conficere velle, Clarigationem*

 eo

eò pertinere, ut toti Imperio raro ausu significaretur repetitio rerum, totique Imperio clarigatio inscripta videretur, quod nemo sanus collegerit. Si ullâ honestatis aut pudoris mica Sycophantæ illi esset reliqua, Adversarii sui verba omnibus conspicua, tam turpi cavillatione & hic & alibi contorquere aut corrumpere non conaretur, & cùm aliam calumniandi occasionem non invenit, ex conjunctione sejunctorum, aut separatione conjunctorum, aut utrorumq; depravatione eam non captaret. At nunc captat quicquid dolus malus aut ulla calumniandi ratio suggerit. Quid clarius quid intellectu facilius eo quod ait Forum Austregarum, Confœderatos *Majorum memoria inaudita postulare, propria authoritate, imò Marte proprio vindicare, atque hac Cæsari in faciem prædicere & publicatis clarigationis (ut ipsi appellant) literis, toti Imperio raro ausu significare.* Non hic verba, sed rei ipsius indignitas pro merito vellicatur. Non hic Clarigatio toti Imperio inscripta, sed quæ uni Palatino, ceu testimonium indicti belli missa erat, per publicationem toti Imperio significata, hoc est typis exscriptis, editisque clarigationis literis & missis quaqua versum exemplaribus per Confœderatos, totum Imperium de bello, Electori Palatino ab iisdem indicto, certius redditum esse dicitur. Clarigationem enim nihil aliud esse, quàm clara voce factam belli denunciationem ex Veteribus recentioribusque Authoribus notum est. Ejusmodi autem Clarigationes & belli denunciationes, post Constitutiones de pace publica, postque transactionem Monasteriensem, palam unum Statum alteri facere, & quasi rem bene gestam in Cæsaris, in omnium oculis esse velle, quam rari ausus facinus sit, intelligunt quibus leges publicæ obviæ sunt. Sanè per leges Fridericorum, Caroli quarti aliorumque, cum impetrari non posset justitia, licitæ suo modo erant

erant diffidationes & belli indictiones. Sed easâ Maximiliano I. in Comitiis Wormat. anno 1495. Rubr. Der Königl. Landfried §. Darauff. & §. Und ob Jemand. & in Comit. Augustan. anno 1500. Rubr. Erklerung deß Landfriedens. §. 1. Rec. Trev. & Colon. anno 1512. §. Und ob Jemands. Tum & à Carolo V. in Comit. Wormat. 1521. Rubr. Ordnung des Landfriedens tit. auffhebung aller Vehden. & in Comit. August. 1548. nec non in Constit. Crim. art. 129 aliisque semper severè prohibitas esse, nec quicquam cum tabulis Pacis aut Constitutionibus Imperii recentioribus magis pugnare, certum & manifestum est. Sed hæc pro antiquatis, vel nimis tritis & obviis, facile habet Antiquator, Caroli IV. Fridericorumque leges & veteres diffidationes, & jus manuarium, oratoriis aucupiis in gratiam Magnæ illus armorum societatis, cui operam locavit suam, introducturus. Ipso enim Judice, *nec ausu aliquo, nec raro aliquo ausu opus est, si quis velit res armis repetere.* Quodque *iis*, qui nullum alium superiorem Judicem, quam Deum & ensem, ut dici solet, agnoscunt, *usitatissimum jus, naturali ratione fundatum & gentium consensu approbatum est*, Id hic Veterator, mirâ metamorphosi totius Imperii Germanici, ad Statûs ejusdem, qui Cæsarem, qui Judices suos, qui leges Judiciarias habent, transferre satagit, *hosque postulata sua propriâ authoritate, imò Marte proprio apertoque vindicare sub prætextu violentiarum, damnorum & vexationis hostilis contendit*: quæ tamen vera an ficta, quaque ratione resarcienda sint, à Judicibus definiendum esse, omnes sani norunt; Solus mercenarius Declamator hæc ignorat, & Martem *illum Judicat esse justissimum & jus indubitabile.* Quid? Nondum Fœderatos in *tantum usos illo Martiali jure* (hoc est summâ injuriâ) *in quantum poterant*

terant ait: eosque nondum justum numerum cædium, incendiorum & calamitatum in Palatinatum exæquasse, iisque, quòd Fatis ita volentibus, summa imis non miscuerint, Palatinos gratias debere, haud obscurè innuit. Apage nunc Jurisprudentium turba cum tot legibus & titulis, imprimis de Judiciis & Ordine cognitionum. In rebus forensibus Antiquator noster, Prometheus ille, qui sapientiam omnem de cœlo clepsisse videri vult, viam magis compendiosam, quâ nec Triginta Tyranni compendiosiorem noverunt, clientibus suis monstrat. Si rem sive suam sive alienam, sive certam sive controversam ab alio petant, ineant modò magnam armorum societatem, aut jungant se initæ, armisque rapiant, quantum possunt & volunt atque hæc sub sive repetendi sive *defendendi necessitate, aut maturandæ sub clypeo pacis fieri, justumque & necessarium remedium sibi sic parari* strenuè clamitent, imprimis verò Legum de Judiciis Antiquatorem, majusculâ licèt mercede conducant. Is suis dicendi, imponendi, fallendi artibus & mille dolis haud difficulter efficiet, ut si id genus vindicationis non valde æquum, saltem non ab omnibus valde iniquum, ad minimum verò pro *tanta furoris audacia* (quo nomine à legibus cohonestatur) haud habeatur. Quod est *dirum jus!* Quæ *immania exempla*? si non hæc, quæ hactenus Elector Palatinus, nullius noxæ convictus, nedum condemnatus, experiri coactus est. Tametsi ait Antiquator, *De domo Palatinâ antiquis Regalibus exeundâ nemo cogitavit.* Quid ergo sunt tot Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliaque jura, per exercitum, per carnifices, per lictores interversa? Sed ad hæc in promptu est solita vox Antiquatoris, scilicet: *Hanc esse vim Electoris Palatini, Regalium neque antiquorum neque in mundo existentium obtentu, Vicinorum Terras, jura, Regal*

 749

galia , vera & antiquiora absorbentem. Hanc cantilenam ita sibi inculcatam habet , tamque promptè ad quodvis verbum cantat, ut non mirum sit, si Cuculi in morem à perpetuo cantu suo Vis Palatina nominetur. At æquas aures ad κακοφωνίαν illam jam dudum obturatas esse dubitari haud potest. Quamdiu enim firmo stant talo eæ leges & æquitatis rationes , quæ volunt de Vi, interdictis & possessoriis actionibus , non exercitibus experiundum esse , quæque dicunt , injustum esse spolium , cùm vel ipse Judex nedum pars sine juris ordine & prævia cognitione , etiam injusto possessori (quod tamen à Domo Palatina longissimè abest) rem eripit ; tamdiu stabit invicta illa veritas, quicquid jurium controversorum Fœderati quocunque Violentiæ prætextu , absque Judiciali cognitione & authoritate extorserunt , injustissima spolia esse. *Valde tamen præsumptuosa est Antiquatoris confidentia , qua sibi tanquam insigni invento plaust , si posset lectorem suum subitò & ex tempore in errorem ducere , ut Statim oblitis & rejectis alterius partis rationibus & actis superiorum temporum, credat* , unum multis , inermem armatis , Oppressum Oppressoribus , Palatinum Fœderatis bella intulisse. *Igitur quantumcunque sibi placeat hac technâ , nihil aliud , quam nugari censendus est, quando corrumpit ac pervertit omnem rerum actorumque seriem.* Illud ridiculum quòd à *Rusticis*, in quibus igorantia Juris & æqui, singulari legum beneficio excusatur , præjudicia & authoritatem nugis suis captat. Neque tamen mirandum valde ad legalitatem (quod præfiscini dictum sit Dictatori Grammatico) Rusticorum confugere Antiquatorem , cum eo loco ejus nunc esse ingenium , ut Mopso & cuilibet sano Agresti , si non plus , saltem tantùm acuminis esse , cùm aliis multis, tum sequenti specimine, manifestissimè pro-

Bambergensi ut Judice Austregico disceptatum. Vidisset ejusmodi Judicem ipsum Electorem Moguntinum inter Trevirensem & Palatinum Electores de Pellentiis ejusque juribus annexis litigantes egisse. Vidisset idem præstitisse Episcopum Spirensem in compluribus litibus Palatinos & Magistrum Ordinis Teutonici inter ortas. Vidisset Episcopum Argentoratensem Austregarum Judicium in lite de Wildfangiatu inter Electorem Palatinum & Episcopum Wormatiensem dedisse. Denique centum & plura ejusmodi exempla vidisset, & ineptâ quæstione supersedisset. Habet ad quæstionem suam responsum Antiquator; reddat vicem & respondeat ad hanc: An hæ controversiæ extraordinarias Cæsareas Commissiones calefecerunt? an Cæsareæ interpretationis prætextu ab omni alio Judice Judiciique ordine averruncatæ sunt, quod quidem malè contendit novi illius fori processûsque Vitruvius, at absurdissimum legibusque & moribus Germaniæ maximè contrarium esse nemo non intelligit, nisi qui jus historiamque patriæ planè ignorat. Sed interpretandi illam necessitatem ad clusionem Austregarum Fori confictam tandem plenius etiam videamus. *Fit quæstio (ait Adversarius) quæ mens Privilegii datoris, cujus definitio à Cæsare avocari nullo modo potest* & paulò post: *De Privilegiis autem generale Iuris dogma sub vi stat stabitque contra omnem calumniam. Ejus est cognoscere & interpretari Privilegia, cujus est ea largiri arg. l. 6. C. de SS. Eccles. c. 12. & ibi gl. Abbas & Canonistæ, de Iudic. Bursat. consil. 156. n. 2. Unde in Privilegiorum Cæsareorum causis, statim, immediatè, neglecto primæ instantiæ Privilegio, Imperatorem vel Cameram adiri posse Dd. tradunt. Otto Melander in Comment. Næ Meurer n. 54. aliique. idque de jure verum est, ubi etiam de Jure allegantis Privilegium quæritur.* Nam inane est effugium quod

quod affertur ex illa distinctione. Quippe de Jure allegantis Privilegium hic pronunciari non potest, nisi de Jure constituto unà pronuncietur. Duplicem hîc, si non fraudem, saltem errorem admittit Antiquator, alterum facti, alterum Juris. Factum perversissimè narrat, dum dicit, *fit quæstio quæ mens Privilegii & datoris.* Quod verò Privilegium, quam mentem, quem Datorem ejus intelligit? Maximilianum, sine dubio, ejusque diploma, ut alibi expressiùs loquitur. At tridiculum & ineptissimum est, quod de horum sententia & mente nunc quæri ait, cùm de his nunc controversiam non esse omnes norint, qui in hâc causa aliquid intelligunt. Totum quantum enim rescriptum illud in omnibus partibus clarissimum & manifestissimum est. Dicit Electorem narrâsse se majoresque suos, ab antiquo in id usque tempus, Jure Wildfangiorum in vicinis locis recipiendorum, nec non Jure caducorum fruendorum usos esse, atq; tum etiamnum uti. Rogavit autem Elector ut Consuetudines & jura hæcce confirmare, stabilire, & de novo dare vellet Imp. Confirmavit & stabilivit & de novo dedit scienter Divus Maximilianus. Idemque cæteri subsequentes Augusti. Nihil hìc dubii, nihil ambigui, nihil obscuri. Certissimum verò est, Divum Maximilianum Jura Wildfangiatûs & caducorum Palatinis confirmâsse & de novo dedisse, ut illi ea ante exercuerant atque tum exercebant, quod jam pleniùs publici Juris facta diplomata illa demonstrant. Non ergo quæritur, quæ mens sit Maximiliani ejusve Rescripti. Id enim post sesquiseculum, postq; antiquiorem & posteriorem continuum usum hujus Juris, nunc novo aucupio quærere, quàm sit absurdum quisq; secum judicet. Sed quæritur quid de Wildfangiatus aliisq; controversis Juribus, sive longo usu, sive aliis legitimis modis Palatinis acquisitum sit. Quæritur inquam an Elector Palatinus justè exerceat Wildfangiatûs, Vectigalium

& conducendi Jura cum annexis, in Confœderatorum ditionibus; præsertim an nonnullibi Jus collectandi, delectus militares instituendi, operas indicendi similiave habeat? Confœderati atque importunissimus Austregarum impugnator id non tantùm ex Privilegio, sed & aliunde competere negant. Affirmat autem Serenisſ. Elect. Palatinus, vindicatque id tum ex usu possessioneque Maximiliani Rescripto antiquiore (quo & ipsum rescriptum illud nititur) & posteriore, tum ex ipso rescripto, tum ex conventionibus, tum ex aliis causis. Unde nec actores, nec reos in Privilegio Maximiliani, præsentis litis fundamentum unicum quærere manifestum est. Quid enim Actoribus proderit aut oberit reis, si Imperator interpretando definiat, omnia Jura illa controversa ex literis Maximiliani nominatim arcessi non posse, Palatini verò demonstrent, se nihilominus iis immemoriali tempore usos, eumque usum & à Maximiliano aliisque Impp. confirmatum, adhæc multis conventionibus, sententiis, aliisque modis stabilitum esse. In Jure etiam gravissimè (quod facillimè condonandum Cathedrario Declamatori) errat, quando malè aliunde mutuatis textibus & allegationibus suis, Fori Austregarum fundamenta everti retur. Assertum enim quidem dicto in Foro est *Privilegii interpretandi authoritatem penes Cæsarem esse qui dedit*: sed additum fuit, regulam illam cessare, ubi nullum verbum, nulla sententia dubia, aut ambigua, aut obscura, nec de tenore Privilegii quæstio est; Cessare etiam, quoties de Jure magis ejus qui Privilegium allegat, quàm ipsius Privilegii controvertitur. Quid contra hæc adversarius? Ecce giganteum impetum. *De Privilegiis autem* (ait) *generale Juris dogma suâ vi stat stabitque contra omnem calumniam, ejus esse cognoscere & interpretari Privilegia cujus est ea largiri.* Hoc lege, hoc canone, hoc glossis & interpretibus confirmat. Sed quid hisce insulsius, imò quid stultius? dogma illud,

quod

quod contra omnem calumniam, tantò tamque ridiculo conatu defendere satagit Adversarius, non tantùm non controversum, nec in Foro Austregarum negatum, sed & expressè ibidem assertum & pro indubitato & certâ regula habitum est. Sic quæ nec controversa nec probationis indiga sunt, inanibus fulcris adstruere satagit, ubi autem probatione opus erat maximè, pisce mutior est. Nam &, quæ pro supradictis exceptionibus adduxit autor Fori Austregarum, silentio prætерit Adversarius, nec ipse ullum canonem, legem, glossam, aut autorem, qui contrarium asserat, allegat, quin potius ea suis ipsius allegatis, glossis & interpretationibus confirmat. Ita enim gl. ab ipso citata ad capit. 12. de Judiciis: *Dicas quod hoc habet locum cùm verba obscura sunt vel ambigua, quia tunc ejus est interpretari cujus est condere, ubi verò aperta sunt & clara, potest (Ordinarius) Judex dicere, obstat Privilegium vel non obstat.* Sed quid allegatus Abbas, illene supradictas exceptiones eversum it, aut, quod vult adversarius, distinctionem inter cognitionem de Jure Privilegii & privilegiati pro inani effugio habet? Minimè verò. Ita sentit: *Quæritur* (ait) *nunquid inferior possit cognoscere & definire incidenter inter partes, & ad ipsarum præjudicium, non directè super mente Privilegii, sed an privilegiatus sit capax, seu an Privilegium sit surreptitium: Et communiter Dd. sentiunt, quod sic potius judicat de privilegato quam de Privilegio. Per hoc quod notatur in simili in c. 1. & 2. de Confirm. utili vel inutili, & in c. super literis. de Rescr. & in c. 1. de Lit. cont. lib. 6. in not. Aut dubitatio est solum circa verba Privilegii, & tunc, si casus est clarus, seu de facili decidibilis, potest inferior cognoscere, ad præjudicium partium, secundum omnes. Et pro hoc adduco hanc rationem. Nam video quod in decisionibus causarum Judex inferior interpretatur legem scriptam in præjudicium partium, licèt scriptum sit generaliter*

liter, quòd solus Princeps interpretatur legem: Fortius (ergo) poterit incidenter interpretari legem non scriptam. Neque aliter alii canonum interpretes ad quos provocavit Adversarius. Ant. de Butr: *ad dict. c. 12.* sic ait: *Si verba Privilegii sint aperta & clara, ita quod nulla ibi cadat dubitatio probabilis, cognoscit inferior, si vertitur in dubium de validitate Privilegii, aut ejus intentu, si dubium non est probabile quod apparet, sed casus apertus, vel tale dubium est, per glossas communes vel opiniones communes decidibile, satis puto inferiorem de hoc posse cognoscere, sicut videmus quotidiè Judices super talibus judicare.* Alia etiam in Camera aliisque Judiciis recepta exceptio cognosci potest ex dictis Carpzovii lib. 2. Jurispr. Consist. tit. 25. def. 416. n. 8. *Assertio hæc* (ait) *quà solus Princeps dicitur competens Judex in causâ Privilegii, restringi debet, quando disputatur de substantiâ Privilegii vel quoties Privilegium tangit Jus Principis, si verò Jus alterius concernat, tunc etiam cognitio spectat ad Judicem ordinarium, ut pulchrè declarat Baldus & post eum Gail.* Quando ergo præsens controversia non inter summum Principem, sive Augustum & Electorem Palatinum, sed hunc inter & alios Imperii Status, non de ambigui aut obscuri diplomatis sano sensu, sed de jure Wildfangiatûs, caducorum, conducendi, vectigalium aliisq; quocunq; modo acquisitis vertitur, quando non verbali aut sententiæ elucidatio, sed ordinaria causæ cognitio de antiqua possessione, de conventionibus, transactionibus similibusque, non interpretatio, sed sententia definitiva, sive in possessorio sive in petitorio judicio ferenda, desideratur; quis Imperatoriæ interpretationis necessitatem hîc asserere, eoque vanissimo atque ineptissimo commento judicii ordinem pervertere, & tot legibus datam cognitionem Austregis, hoc est Cæsaris commissariis è manibus extorquere præsumeret, nisi im-

ß impudentiſsimus & ignariſsimus harum rerum Scholaſticus Declamator & plauſtrarius conviciator, contra cujus intolerandas calumnias, & circulatoriam inaniloquentiam invictum ſtabit Imperii illud jus : *Procerum controverſias generaliter omnes, Auſtregarum in judicio legitimè agitandas eſſe, niſi quæ earum ſpeciali jure alteri judicio deſtinata ſit.* Quæ verò conſtitutio, quæ lex litem Wildfangialem, aut de conducendi, vectigalium ſimilive jure Auſtregis ademit, & aliis Judicibus definiendam tradidit? Nulla, Nulla unquam. Igitur quoad aliorum jura & privilegia vel ſolus judicet, vel concurrentem cum Ordinario Judice Juriſdictionem habeat Imperator. At, quò minus Auſtregis primam cognitionem in procerum controverſiis, quales præſentes ſunt, aut Statibus Imperii, ſolitum Judiciorum ordinem atque provocationis beneficium auferre poſsit, faciunt tot pacta ſacramentaque Cæſarum, totque leges Imperii fundamentales, in foro Auſtregarum recenſita. Sed quid hiſce immoramur, cùm non tantùm ipſo jure, rationibus atque præjudiciis, nullâ exceptione aut calumniâ convellendis, ceu firmiſsimâ baſi Forum Auſtregarum Palatinum niti abunde demonſtratum, ſed & ipſo Confœderatorum facto comprobatum ſit, nullam heic eſſe neceſsitatem Cæſareæ interpretationis. Hoc enim ſi credidiſſent, certè Potentiſſimos Galliarum Sueciæque Reges hujus litis arbitros haud elegiſſent. Atque ſic ſolidè & ordine depulſis confutatiſque, quæ ſpeciem argumenti contra Forum Auſtregarum habere videbantur, nunc cætera Antiquatoris commenta deliraſque fabulas & convicia, ſi non pari cum ipſo verborum ornatu, methodo ſaltem eâdem & jure meliori breviter perſtringemus. Ecce titulum: *Forum Auſtregarum Palatinum novum antiquatum.* *Novum* mentitur: Cur? Quia, niſi in ipſo limine Lectori imponeret, perſuaderetque moribus & legi-

 bus

bus antiquis Palatinos haud inædificare Forum, fraudem, quam machinabatur, vel in ipso limine obſervatum iri ſenſit metuitque. Mentienda ergo fuit *novitas*, licet ex ipſo Foro Auſtregarum evidentiſſimè pateat, Palatinos non novum, non ſingulare aliquod, ſed ipſum illud Forum, quod Ordinatio Cameræ præſcribit, quod pacta Sacramtaque Cæſarum confirmant, & jam olim in his controverſiis receptum, tamque anxiè ab Imperii Statibus defenſum fuit, poſtulare. Sit ergò *novum* illud forum quod commentus eſt Adverſarius antiquatum: ſit Chymæra, quam extruxit, expugnata. Illud ſanè Forum, quod Palatini poſtulârunt, defenderunt, ſtat ſtabitque inconcuſſum, quamdiu legibus Imperii fundamentalibus ſuus vigor manebit. Quando verò antiquatio facta? *Anno* 1666. Ut ſorex prodit Antiquator, & peſſimum genium furiaſque infernales, quibus agitatus tot mendaciis vitiiſque immerſus eſt. An. 1665. die 21. 31. Octobris factâ Oppenhemii, & paucis poſt diebus confirmatâ conventione, lis omnis de Judice & foro competenti ſublata, atque in hanc diem planè ſopita eſt. Furor tamen Antiquatoris continere ſe non potuit, quin ſubſequenti anno eandem reſuſcitaret, indeque virus & convitia ſua eructandi occaſionem raperet, non aliter, atque ab inferis excitatus malus Spiritus, qui ad evocantis vocem promptè ſe ſiſtit, ſed non eâdem obſequendi promptitudine recedit aut quieſcit. Ni caveant ſibi Fœderati, viderint, quem ad tutelam cauſæ ſuæ vocaverint. Cum illi enim de lite tranſigunt, hic eandem majori furore reſuſcitat. Cum illi expreſſis pacti verbis de Jure Wildfangiatûs, conducendi & vectigalium agi dicunt, hic de fractâ pace & oraculi Cæſarei interpretandi neceſſitate rem agi contendit. Cùm illi Regibus exteris judicium deferunt, hic

hic Cæsarem, Cæsarem unum & *necessarium* Judicem esse, eique cognitionem adimere *non rari, sed gigantei ausûs facinus esse clamitat.* Ni Monstrum hoc obryzo & tumidis aliquot titulis placaverint Confœderati, jam distentis unguibus & stricto in convitia calamo, ipsorum existimationi minari videtur, quod illi aliter fecerunt atque illud scripsit. Titulum Fori Austregarum *Laciniosum & undiquaque extensum ait.* Sed vel sic tamen præstiterit brevi mendacique, qualem Antiquator suis præscripsit. *Scriptorem autem Fori Austregarum non nisi grandium rerum sibi aliisque promissorem facit.* Mirum sanè, quatuor integras priores lineas convitio in personam Adversarii vacuas transmisisse, & quintâ demum ad ingenium suum rediisse Antiquatorem, cujus aliàs prima, media & ultima cura est, in pessimis, quibus plerumque adhibetur causis, maledicendi virus in scriptores dirigendo, ipsius causæ considerationem obfuscare. Sed quæ illæ grandes res, quas promisit Scriptor ille? Qui illi alii quibus promisit? Quando? an testatò? Quibus testibus aut indiciis promissio illa facta? Sycophanta impudentissimus blaterat quicquid vult. Eam esse indolem scriptoris Fori Austregarum, ut grandiores res non polliceatur, quàm quas præstare scit, nôrunt omnes, qui ipsum nôrunt. Et sanè in hac causa nullius promissi reus est, nisi quòd Hero suo intemeratam fidem & promptum obsequium, sanctè semper servata servandaque obstrinxit. At nunc solenniter promittit, se facti ipsius evidentiâ & indubitatis documentis apertissimorum mendaciorum, calumniarum & fraudium Antiquatorem, sive Calumniatorem illum impudentissimum, & impostorem Crocodilo nocentiorem convicturum. Fidem hanc promittit, & si nondũ factum, liberabit facili negotio. *In toto libello Statum Controversiæ mutatum*

tatum & veram facti speciem inversam etiam dicit. Sed dicit tantùm. Hoc enim si probâsset, cæteris ineptiis & calumniis faciliùs supersedere potuisset. At quod probare nequit, illud rudentis Cumani instar magnâ voce obtinere, atque unus omnes ipse impudentissimè & mendacissimè fallere, & contra totius Imperii conscientiam, tantùm de vi publica Palatina armis depellenda, non verò de juribus Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliisque huic aut illi per Judices adjudicandis agi, effutire conatur, eosque qui contra & quod res est sentiunt, facti speciem invertere arguit pessimus Veterator. Quin & *implendis paginis, an docendis discipulis, quicquid de Austregis leges publicæ omnibus obviæ tradunt, descripsisse Architectum Fori Austregarum* cavillatus, hoc sarcasmo valde mordere sibi videtur. Sed latrat tantùm, seque miserum ridendum dat. Nam quæ leges publicæ de Austregis edicunt, ea in quæstione, an Austregicum Judicium sit forum competens, inania paginarum implementa, & discipulis tantùm tradenda dogmata, esse nemo dicet, nisi Scholasticus Declamator, qui earum ignarus, solo Comici, Tragici, aut alterius Græci Latinive Authoris dicterio superbiens, fundamenta rerum à rebus aliena putat. At inquit *omnibus obviæ sunt illæ leges.* Quomodo verò omnibus obviæ? scilicet quod inter editas constitutiones Imperii extant, eodemque volumine continentur. Dei veniam quæsumus acris ille Censor, quòd Palatini justitiâ suæ causæ freti, adversarium ei tam tritâ & simplici viâ incedentem opposuerint, qui ex editis legum in Germania receptarum libris causam agit, & non potius ex Criticorum aliquo abstruso manuscripto, aut Philologorum more contendere, aut fuetis Antiquatori, armis cum eodem congredi voluit. Sed *Discipulorum* illa & *legum* mentio Palatino scriptori

professo-

Profeſſoriam ſtationem inter Juris Anteceſſores exprobrare, talemque indignum qui Antiquatori opponatur Antagoniſtam eſſe velle videtur; Satrapam aut Urbium aliquem everſorem eſſe oportet ferocem illum Antiquatorem, qui tam deſpectui Juris Anteceſſores habet. At at putârant Palatini (imo omnes) ſi non Ludimagiſtrum latinè benè doctum, *& librorum Caſtigationibus aſſuetum*, Profeſſorem tamen, & quidem ex Philoſophorum ordine, qui, orationibus, pro Civicorum funerum laudibus, & inter Beanorum depoſitiones (quod cum veniâ Magni Grammatici dictum ſit) ſimilibusque de argumentis dictis, nec non Programmatibus nonnullis oratorii artificii laudem aſſecutus talisque habitus eſt, qui res vel exiguâ, vel nullâ laude dignas, vel per ſe vituperandas, encomiis tamen & verborum lenociniis in cœlum tollere noſſet. Quali Patrono Confœderatorum Cauſa egebat. Isne ipſus an alius eſt? Affirmant conſtanter omnes eum eſſe. Sunt qui nova monſtra parturientem Moguntiæ ſe vidiſſe ajunt. Sunt qui allocuti ſunt. Norunt omnes, ipſe ſolus ſe non novit, ſive quod inſolitus honos, ſive quod inſolita controverſia, afflictâ cerebri parte, non ſinit hominem eſſe apud ſe. Quid mirum ergo, ſi quicquid alii dicunt, multiplex confuſio & titubatio & imperitia videatur homini, cui mens nunc adeo turbata, confuſa & titubans eſt, ut plane hellèboro indigere eandem manifeſtum ſit. Quid mirum, ſi æger ille omnia ægrè ferat, & pro *miſeris & abſurdis, parumque cohærentibus* habeat, quæ tamen talia eſſe demonſtrare nequit. Sic ſolent qui corrupti palati ſunt, cùm ipſi malè judicant, ciborum ſaporem accuſare. Sed quæ hæc eſt calumniandi audacia, quâ Antiquator ait Fori auſtregarum Authorem, *vellicatâ clarigationis voce in Vindiciis uſurpatâ, conficere velle, Clarigationem*

eò pertinere, ut toti Imperio raro ausu significaretur repetitio rerum, totique Imperio clarigatio inscripta videretur, quod nemo sanus collegerit. Si ullâ honestatis aut pudoris mica Sycophantæ illi esset reliqua, Adversarii sui verba omnibus conspicua, tam turpi cavillatione & hiç & alibi contorquere aut corrumpere non conaretur, & cùm aliam calumniandi occasionem non invenit, ex conjunctione sejunctorum, aut separatione conjunctorum, aut utrorumq; depravatione eam non captaret. At nunc captat quicquid dolus malus aut ulla calumniandi ratio suggerit. Quid clarius quid intellectu facilius eo quod ait Forum Austregarum, Confœderatos *Majorum memoriæ inaudita postulare, propria authoritate, imò Marte proprio vindicare, atque hæc Cæsari in faciem prædicere & publicatis clarigationis (ut ipsi appellant) literis, toti Imperio raro ausu significare.* Non hic verba, sed rei ipsius indignitas pro merito vellicatur. Non hic Clarigatio toti Imperio inscripta, sed quæ uni Palatino, ceu testimonium indicti belli missa erat, per publicationem toti Imperio significata, hoc est typis exscriptis, editisque clarigationis literis & missis quaqua versum exemplaribus per Confœderatos, totum Imperium de bello, Electori Palatino ab iisdem indicto, certius redditum esse dicitur. Clarigationem enim nihil aliud esse, quàm clara voce factam belli denunciationem ex Veteribus recentioribusque Authoribus notum est. Ejusmodi autem Clarigationes & belli denunciationes, post Constitutiones de pace publica, postque transactionem Monasteriensem, palam unum Statum alteri facere, & quasi rem bene gestam in Cæsaris, in omnium oculis esse velle, quam rari ausus facinus sit, intelligunt quibus leges publicæ obviæ sunt. Sanè per leges Fridericorum, Caroli quarti aliorumque, cum impetrari non posset justitia, licitæ suo modo erant

erant diffidationes & belli indictiones. Sed eas à Maximiliano I. in Comitiis Wormat. anno 1495. Rubr. Der Königl. Landfried §. Darauff. & §. Und ob Jemand. & in Comit. Augustan. anno 1500. Rubr. Erklerung deß Landfriedens. §. 1. Rec. Trev. & Colon. anno 1512. §. Und ob Jemands. Tum & à Carolo V. in Comit. Wormat. 1521. Rubr. Ordnung des Landfriedens tit. auffhebung aller Vehden. & in Comit. August. 1548. nec non in Constit. Crim. art. 129. aliisque semper severè prohibitas esse, nec quicquam cum tabulis Pacis aut Constitutionibus Imperii recentioribus magis pugnare, certum & manifestum est. Sed hæc pro antiquatis, vel nimis tritis & obviis, facile habet Antiquator, Caroli IV. Fridericorumque leges & veteres diffidationes, & jus manuarium, oratoriis aucupiis in gratiam Magnæ illus armorum societatis, cui operam locavit suam, introducturus. Ipso enim Judice, *nec ausu aliquo, nec raro aliquo ausu opus est, si quis velit res armis repetere.* Quodque *iis*, qui nullum alium superiorem Judicem, quam Deum & ensem, ut dici solet, agnoscunt, *usitatissimum jus, naturali ratione fundatum & gentium consensu approbatum est*, Id hic Veterator, mirâ metamorphosi totius Imperii Germanici, ad Statûs ejusdem, qui Cæsarem, qui Judices suos, qui leges Judiciarias habent, transferre satagit, *hosque postulata sua propriâ authoritate, imò Marte proprio apertoque vindicare sub prætextu violentiarum, damnorum & vexationis hostilis contendit*: quæ tamen vera an ficta, quaque ratione resarcienda sint, à Judicibus definiendum esse, omnes sani norunt; Solus mercenarius Declamator hæc ignorat, & Martem *illum Judicat esse justissimum & jus indubitabile.* Quid? Nondum Fœderatos in *tantum usos illo Martiali jure* (hoc est summâ injuriâ) *in quantum poterant*

terant ait : eosque nondum justum numerum cædium, incendiorum & calamitatum in Palatinatum exæquasse, iisque, quòd Fatis ita volentibus, summa imis non miscuerint, Palatinos gratias debere, haud obscurè innuit. Apage nunc Jurisprudentium turba cum tot legibus & titulis, imprimis de Judiciis & Ordine cognitionum. In rebus forensibus Antiquator noster, Prometheus ille, qui sapientiam omnem de cœlo clepsisse videri vult, viam magis compendiosam, quâ nec Triginta Tyranni compendiosiorem noverunt, clientibus suis monstrat. Si rem sive suam sive alienam, sive certam sive controversam ab alio petant, ineant modò magnam armorum societatem, aut jungant se initæ, armisque rapiant, quantum possunt & volunt atque hæc sua sive repetendi sive *defendendi necessitate, aut maturandæ sub clypeo pacis fieri, justumque & necessarium remedium sibi sic parari* strenuè clamitent, imprimis verò Legum de Judiciis Antiquatorem, majusculâ licèt mercede conducant. Is suis dicendi, imponendi, fallendi artibus & mille dolis haud difficulter efficiet, ut si id genus vindicationis non valde æquum, saltem non ab omnibus valde iniquum, ad minimum verò pro *tanta furoris audacia* (quo nomine à legibus cohonestatur) haud habeatur. Quod est *dirum jus*? Quæ *immania exempla*? si non hæc, quæ hactenus Elector Palatinus, nullius noxæ convictus, nedum condemnatus, experiri coactus est. Tametsi ait Antiquator, *De domo Palatinâ antiquis Regalibus exeundâ nemo cogitavit.* Quid ergo sunt tot Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliaque jura, per exercitum, per carnifices, per lictores interversa? Sed ad hæc in promptu est solita vox Antiquatoris, scilicet : *Hanc esse vim Electoris Palatini, Regalium neque antiquorum neque in mundo existentium obtentu, Vicinorum Terras, jura, Regal*

galia , vera & antiquiora absorbentem. Hanc cantilenam ita ſibi inculcatam habet , tamque promptè a d quodvis verbum cantat,ut non mirum ſit,ſi Cuculi in morem à perpetuo cantu ſuo Vis Palatina nominetur. At æquas aures ad κακοφωνίαν illam jam dudum obturatas eſſe dubitari haud poteſt. Quamdiu enim firmo ſtant talo eæ leges & æquitatis rationes , quæ volunt de Vi, interdictis & poſſeſſoriis actionibus , non exercitibus experiundum eſſe , quæque dicunt , injuſtum eſſe ſpolium , cùm vel ipſe Judex nedum pars ſine juris ordine & prævia cognitione, etiam injuſto poſſeſſori (quod tamen à Domo Palatina longiſſimè abeſt) rem eripit ; tamdiu ſtabit invicta illa veritas, quicquid jurium controverſorum Fœderati quocunque Violentiæ prætextu , abſque Judiciali cognitione & authoritate extorſerunt , injuſtiſſima ſpolia eſſe. *Valde tamen præſumptuoſa eſt Antiquatoris confidentia , qua ſibi tanquam inſigni invento plaudit , ſi poſſet lectorem ſuum ſubitò & ex tempore in errorem ducere , ut Statim oblitis & rejectis alterius partis rationibus & actis ſuperiorum temporum, credat* , unum multis , inermem armatis , Oppreſſum Oppreſſoribus , Palatinum Fœderatis bella intuliſſe. *Igitur quantumcunque ſibi placeat hac technâ , nihil aliud , quam nugari cenſendus eſt, quando corrumpit ac pervertit omnem rerum actorumque ſeriem.* Illud ridiculum quòd à *Ruſticis*, in quibus igorantia Juris & æqui, ſingulari legum beneficio excuſatur , præjudicia & authoritatem nugis ſuis captat. Neque tamen mirandum valde ad legalitatem (quod præfiſcini dictum ſit Dictatori Grammatico) Ruſticorum confugere Antiquatorem, cum eo loco ejus nunc eſſe ingenium , ut Mopſo & cuilibet ſano Agreſti , ſi non plus, ſaltem tantùm acuminis eſſe , cùm aliis multis, tum ſequenti ſpecimine, manifeſtiſſimè pro-

bet. *Novum*, inquit, est & inauditum, aliquem *vi armatâ grassari*; quàm non potest sibi temperare à sueta cantilena: Vis Palatina) *in subditos & jura Vicinorum Statuum, vincula liberis, plagas alienis imponere, effringere portas clausorum locorum, aperire carceres, pellicere & contra Dominos legitimos concitare subditos, & deinde dicere, Nemo meis ausis obsistere potest, Non Imperium, non Cæsar, non inculpata læsorum tutela, nemo invocari adversus* vim à me *illatam potest. Construxi enim mihi meo arbitrio Forum Austregarum, & in eo me conclusi, nullius Juris ne naturalis quidem, nullius moris ne Germanici quidem & Imperialis, extra hos cancellos, nomen aut mentionem admissurus.* Si ullum sanæ rationis vestigium, aut mica aliqua honestatis, pudoris, fideive Sycophantæ & Mercenario Conviciatori reliqua, nec ipse totus à mendacibus furiis occupatus esset, tam turpibus & putidis commentis Principem optimum allatrando, suam existimationem, si quam adhuc habet, non decoqueret, nec rabidorum canum mores indueret. Sed scelesta mens exigui lucelli causâ nihil non dicit, nihil non facit. Cedò Calumniator quæ illa vis armata, quâ grassatus est Elector Palatinus: ubi, quando, quibus Ducibus exercitus illos conscripsit, quibus tot armatorum potentiorumque Vicinorum subditos adortus est? Quid respondes? Scilicet hîc atque alibi aliquando contumax ex hominibus propriis, sive Subditorum sive militum aliquo manipulo, Jurisdictioni legitimæ obtemperare adactus est. Sed si hoc est Vi armatâ grassari, annon Fœderati aliique optimi Magistratus tota die Vi armatâ grassantur? Qui verò subditi illi, in quos vi grassari Palatinos, mentitur? Homines proprii: quos tamen grassationibus armatis tantùm abest ut vexari passus sit Sereniss. Elector Palatinus, ut potius lenitate sua, auxiliis

750

liis & defensione à quacunque injuria, sibi addictissimos & in obsequia sua paratissimos eos reddiderit. Cedò Calumniator, quæ illa jura Vicinorum Statuum, in quæ vi armatâ grassatus Palatinus ? Wildfangiatum, conducendi, vectigalium quæque iis annexa sunt dicis. Sed quis ea Fœderatis addixit. An Judex ? an mercenarius Declamator ? Si prius, cur ad arbitros itur ? Si posterius, deliras qui controversa pro certis, harum rerum gnaris obtrudere vis. *Vincula liberis* imponi stomacharis, non ignarus id argumenti rebellionum Authoribus in plebe Romana sæpe ex usu fuisse, ast nunc parum proficies isthoc aucupio, cùm Fœderatos aliosque liberis sæpe vincula imponere, nec alium vinculorum usum apud Palatinos esse omnes sciant. Sed qui isti *liberi* ? Homines proprii procul dubio, quorum non neminem aliquando ob contumaciam in Vincula conjectum credibile est. Atqui hos alibi servitutem miseram servire, & mancipia fieri clamavit Adversarius. Sic mos est Oratorum, ut sine mendacii metu, eundem nunc liberum nunc servum dicant. *Plagas* autem alienis imponere, longè abest à Palatinorum institutis, qui nec plagis homines proprios coercent, nec si coercerent, alienis illas imponerent, sed suis hominibus propriis. *Effringere portas*, non est nefas illi, cui per injuriam clausæ sunt, cuique non alia, quâ jure per easdem intrandi utatur suo, ratio relinquitur. De Deidesheimensi autem negotio sentire videtur Adversarius, in quo Electorem Palatinum injuriam accepisse non dedisse, apologia multis documentis munita testatur. Neque etiam nefas est *carcerem aperire*, si (quod Palatinis aliquando accidit) aliter miserum tuum hominem Proprium, per summam injuriam aut tyrannidem in eundem conjectum, ab extremo exitio liberare non possis: à

Palatinis

Palatinis autem pellici & *concitari subditos contra Dominos suos*, quis unquam fando audivit ? Quis præter plaustrarium Convitiatorem , dixit ? Quis probavit aut probabit unquam ? Et Cujus illa Vox : *Nemo meis ausis obsistere potest* ? Moguntini ejusque Fœderatorum, an Palatini ? Judicent alii ex factis , ex ingenio & potentia, ex authoritate utriusque. *Imperium* , *Cæsarem* , tribunalia summa *adversus vim à quocuncunque Statu factam rectè invocari* , Tutelæ etiam inculpatæ locum esse, nullus Palatinorum negavit unquam , quia id facto suo Sereniss. Elector non semel comprobavit. Quid ergò blaterat de Palatinis impudentissimus Calumniator, quæ ipsis nunquam in mentem venere ? Neque sic Rabula satis injuriæ sibi videbatur fecisse Palatinis, nisi & Ser. Electorem *sibi suo arbitrio Forum Austregarum construxisse* , *in eo se conclusisse, & extra illud, nec juris nec moris mentionem admittere*, turpiter mentitus fuisset. Quis Statuum Imperii tam emotæ mentis esse creditur , ut sibi ipsi Fora & Judicia suo arbitrio Construere, iisque secundum delirantis Antiquatoris schema se concludere velle præsumat ? Et quis, quæso mortalium, cui aut virtus aut fama Sereniss. Elect. Palatini non ignota est , tam obtusi judicii esse potest , ut credat , tale quicquam sapientissimo optimoque Principi , quem ipse Adversarius , antequam ab adversa parte conductus erat, Salomonem Seculi nostri dicere non dubitabat , in mentem unquam venire potuisse ? an ab ullo *Rusticorum* totius Sylvæ Herciniæ crassius aut insulsius quicquam expectari poterit, *novo & inaudito illo* Antiquatoris schemate ? At qui quæstionem de Juribus controversis Wildfangii tùs, conducendi , vectigalium similibusque, ad ordinarium Austregarum Judicium pertinere Jure contendit , in illud insaniæ ab Antiquatore confictum barathrum , hoc ipso se

præci-

præcipitem dat? An ideo, *Cæsari compositionem dissidiorum tentandi, & pericula ex morâ Imperio imminentia, inhibitione præsentanearum violentiarum, depellendi potestatem* negat? Quis Palatinorum unquam talia cogitavit? Certè Author Fori Austregarum non uno loco contrarium sæpè testatum fecit. Attamen nequissimus Impostor adversarius *opinionem publicè perniciosam sibi confingit, eamque intimis fibris animi fovere Architectum Fori Austregici* contra evidentiam scripti ejusdem splendidè ementiri non erubescit. Sed ne sic quidem explere mentem pessimam potuit, nisi & aliam æque putidam addidisset calumniam, scilicet Palatinum scriptorem *inculcando Cæsareas Capitulationes, Cæsaream Majestatem ut importunum monitorem obtundere, imò ut non obscurum reprehensorem incusare.* Ergonè eo res rediit in Imperio; ut ad defendendam Electoris causam Cæsareas Capitulationes non liceat liberè allegare? Ergo ne protinus Cæsareæ Majestatis importunè monitæ, & cum reprehensione incusatæ reus erit, quicunque decenti Veneratione Imperatoriis Verbis & Sacramentis jus suum certius ostendere, sicque Judicem Judiciumque ordinarium tueri allaborat? Singulare hoc est inventum Scholastici Declamatoris, hisce nec controversiis nec argumentis satis assueti, cui in quæstione de Principum Foro constitutiones Imperii ut nimium obviæ sordent, & Imperatoriarum capitulationum mentio, *importuna monitio & intoleranda incusatio Cæsaris est.* Quid vero alienius à praxi totius Imperii, & ab æquabilitate optimorum Imperatorum? Sed Imperium Imperatoremque in hisce *reformare*, & quæ illi tota die benignè permittunt, & ut justa meritò admittunt, ferociter improbare & tollere, Antiquatori Austregarum facilè videtur. *Verum tam vasti moliminis proventus non est unius sæculi, nedum unius* Antiquatoris *res, cujus no-*

va & mirabilis sapientia quàm est publicæ Imperii securitati contraria , tam in spongiam incumbat oportet , si sanus de Statu & conservatione patriæ ejusque membrorum sensus perennare debet. Sed de alio crimine nunc respondendum erit Palatinis. Nam quod tam sollicitè coram Imperatore, coram legato ejus in totius Imperii conspectu toties publicè , toties privatim , se ordinario Austregarum Judicio sistere velle promiserunt , hoc ipso Cæsarem , legatum & totum Imperium, ludos fecisse arguuntur , scilicet, *quia mera simulatio est cum de Austregis sermo fit. Cum verbo tantum Austregæ præferantur. Non enim Austregis magis quàm aliis Judicibus unquam confidebant Palatini.* Comminiscitur scurra improbissimus aliud ex alio , flocci faciens etiam quicquid ipse & omnes Fœderati in contrarium alibi dixerint. Quoties autem & quam apertè dixerunt,Palatinos ideo Austregas quæsivisse,ut appellandi copia & pluribus Judiciorum Ambagibus potirentur. Si hoc , profectò sermo de Austregis non potuit esse simulatus,& nihil nisi verba præferens , sed maximè serium , & rei Ipsi intentum esse oportuit , cùm extra omnem dubitationem sit,ad appellationem ab Austregis non potuisse perveniri, nisi lite reapse in Austregarum Judicium deductâ sententiâque ibidem latâ. Cogitet etiam quisque sanus secùm , An in manu & potestate Palatini fuerit , post tot contestationes Imperio atque Augustissimo Imperatori factas,verbis & simulatè se judicio statuum spondere , rem ipsam autem vitare , Cùm Fœderatis integrum fuerit,forum , ad quod provocaverat Palatinus, protinus adire , atque omnem excipiendi tergiversandique occasionem eidem adimere. Quid enim excipere potuisset contra Judices, quos ipse coram Cæsare totoque Imperio flagitaverat ? Et si in jus vocatus non ivisset , quâ ratione pœnam sententiamque contumaciæ evitare potuisset ? Cur viam

Juris

Juris tam planam ingredi, aut saltem tentare noluêre Fœderati? Nempe quia ipsorum *consilium, machina spesque* omnis in armis, sermo verò de Jure Judicioque *mera simulatio* erat. Propter *simulationem tamen Palatinam, & inania talium prætextuum, eos detrectasse* Austregas ait. Cujus detrectationis causa quantò falsior ineptiorque est, tantò injustiorem rem ipsam esse judicare promptum est. Succenturiatur & alia accusatio. *Trahitur* (inquit Antiquator) *impudentissimè Authoritas Cæsaris in Causam Juri & Majestati Cæsaris adversam, Augustissimus Imperator Leopoldus, tacitè potius quàm expressè, rejicere petitam à fœderatis Commissionem, & repetitam negare voluit. Quis expectaret talia à tali loco, in tali rerum & Actorum luce? Artifex novus scit, quid Imperator tacitè loquatur, & tacitæ actionis figmenta opponit, non tacitæ actionis publicis, & pro jure suo loquentibus Testimoniis. Rejecit Augustus Commissionem quam decrevit.* Tanta hic apparet in adversario stupiditas, & judicialium rerum ignorantia, tantaque simul malitia, ut incertum utra alteram vincat, & mirandum sit, si in quoquam mortalium vincatur alterutra. Scriptor Palatinus hanc causam agit, hoc vult, ut controversia de Wildfangiatu aliisque Juribus, à Judicibus ordinariis qui sunt Austregæ sive Commissarii Cæsaris primum cognoscatur definiaturque, post, si quæ pars gravatam se senserit, res per appellationem ad supremа Cæsarea tribunalia sive aulicum, sive Camerale judicium deferatur, & secundùm leges judiciarias terminetur. Antiquator contrà, armatam vindicationem & bellum intestinum, contra Cæsaris inhibitiones susceptum defendit. Cujus ex hisce causa Juri & Majestati Cæsaris adversa sit, facilè vident, qui aliquid vident. Neque quisquam dubitare potest, Imperatorem tacitè potiùs quàm expressè rejecisse eam Commissionem, quam multis validisque exceptionibus impu-

gnatam, nullâ sententiâ confirmare, sed evanescere & resuscitare volentibus de novo non dare, sed sopitam manere voluit. Cum nihil frequentius sit in Cæsaris aliisque Judiciis, quàm ut Processus semel decreti, exceptionibus ejus, contra quàm impetrati sunt, auditis iterum cassentur, vel tacitè & actu ipso, vel expressè, sive latâ sententiâ. Declamatori tamen nostro nihil mirabilius, *eique novus Artifex, quid Cæsar tacitè loquatur sciens, videtur is*, qui ad justissimas deprecationes abstinente Cæsare, abstinentibus Commissariis, sicque intermissa commissione, planeque sopitâ, quin & resuscitare volentibus negatâ eadem, colligit eandem à Cæsare tacitè rejectam esse. Imò & hoc non capit Declamator, quomodo in *Comitiorum conspectu per sub, & obreptionem commissio impetrari* possit. Vel ignoret quo sensu sub, & obreptio dicatur, vel in consilio Statuum eâdem facilitate, quâ in aliis Senatibus summis, à causarum Oratoribus vera taceri & falsa narrari posse, sicque rem per Fœderatorum Oratores in hoc ipso negotio gestam esse nesciat aut dissimulet oportet. Quàm verò *non in media Comitiorum luce*, nec justis suffragiis nec facto SCto, commissio illa elicita sit, sæpius & accuratiùs & *per omnem rei gestæ seriem* demonstratum est à Palatinis, ad quod nihil quod reponat habuit habebitve Adversarius. Ex quibus certum & clarum est, quæ de ritè impetrata & per *pertinaciam* Palatini malè detrectata Commissione is effutiit, *falsa, depravata, contorta, plenaque fabulis, calumniis, cavillationibus, impotentis animi & effrenati oris certissimis testibus esse.* Atque ejusdem planè farinæ est, quando, eo quod in Foro Austregarum dicitur, *Judicia dari in invitos, Cæsaremque* si Commissarios Judices competentes judicasset, vel invito Sereniss. Elect. Palatino, per *eosdem causam cognoscere & definire potuisse*, malèferiatus Calumniator quasi per fidicu-

fidiculas extorquere vult: *Lacessi Cæsarem importunis disputationibus, quid possit vel potiu non possit, Litem Maiestati Imperatoriæ ingrato animo intentari.* Quid est sine sale, sine ingenio, imò sine mente quidlibet quod in buccam venit blaterare, si non hoc est? Potestatem coercendi jurisdictioni non obtemperantes, Voluntatem justitiam exercendi, religionem sua suorumq; prædecessorum promissa servandi, non absque veneratione Augustissimis Imperatoribus adscribit Fori Austregarum Author. Hoccine est litem *Imperatori intentare, & quid is non possit scrupulosè quærere & disputare?* Quis id assereret, nisi improbissimus Calumniator & impostor, cujus similem forte nec ætas ulla vidit, nec videbit unquam. Dum blandis verbis Imperatoriæ Majestati adulatur, virulenter mordet, & quasi optumus Imperator non ex justitia, sed *gratia & Clementia singulari* in alteram litigantium partem, non ex jure & more, *sed ex admirabili patientia, ad expugnandam patientiam partis non parentis, in Commissionis negotio se gessisset*, calumniatur sacrilegus. Ne hic quidem substitit scelerati Impostoris impudentia. Sed & ea, quæ nec in Foro Austregarum unquam dicta, aut ab Authore ejusdem unquam cogitata sunt, scripta mentitur, indeque stulto & ridiculo conatu non victoriam modò, quasi debellatum esset, sed & triumphos sibi confingit, & facinus centum boum mactatione dignum se designasse putat, & non nisi *res grandes* heic *sibi alijsque promittere videtur*. Ecce molimina. Fori Austregarum Autorem ait dicere, quod *Privilegij Palatini nec necessitas nec usus in re præsenti esse possit.* Atqui hæc in eo Foro, quod Palatinis cognitum est, haud reperiuntur. Cæsareæ Authoritatis interpretandi Privilegium nec necessitatem nec usum in re præsenti esse ibi legitur. At privilegii nullum esse usum haud legitur.

 Verba

tatum & veram facti speciem inversam etiam dicit. Sed dicit tantùm. Hoc enim si probâsset, cæteris ineptiis & calumniis faciliùs supersedere potuisset. At quod probare nequit, illud rudentis Cumani instar magnâ voce obtinere, atque unus omnes ipse impudentissimè & mendacissimè fallere, & contra totius Imperii conscientiam, tantùm de vi publica Palatina armis depellenda, non verò de juribus Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliisque huic aut illi per Judices adjudicandis agi, effutire conatur, eosque qui contra & quod res est sentiunt, facti speciem invertere arguit pessimus Veterator. Quin & *implendis paginis, an docendis discipulis, quicquid de Austregis leges publicæ omnibus obviæ tradunt, descripsisse Architectum Fori Austregarum* cavillatus, hoc sarcasmo valde mordere sibi videtur. Sed latrat tantùm, seque miserum ridendum dat. Nam quæ leges publicæ de Austregis edicunt, ea in quæstione, an Austregicum Judicium sit forum competens, inania paginarum implementa, & discipulis tantùm tradenda dogmata, esse nemo dicet, nisi Scholasticus Declamator, qui earum ignarus, solo Comici, Tragici, aut alterius Græci Latinive Authoris dicterio superbiens, fundamenta rerum à rebus aliena putat. At inquit *omnibus obviæ sunt illæ leges.* Quomodo verò omnibus obviæ? scilicet quod inter editas constitutiones Imperii extant, eodemque volumine continentur. Det veniam quæsumus aeris ille Censor, quòd Palatini justitiâ suæ causæ freti, adversarium ei tam tritâ & simplici viâ incedentem opposuerint, qui ex editis legum in Germania receptarum libris causam agit, & non potius ex Criticorum aliquo abstruso manuscripto, aut Philologorum more contendere, aut fuctis Antiquatori, armis cum eodem congredi voluit. Sed *Discipulorum* illa & *legum* mentio Palatino scriptori

professo-

Profefforiam ftationem inter Juris Anteceffores exprobrare, talemque indignum qui Antiquatori opponatur Antagoniftam effe velle videtur; Satrapam aut Urbium aliquem everforem effe oportet ferocem illum Antiquatorem, qui tam defpectui Juris Anteceffores habet. At at putârant Palatini (imo omnes) fi non Ludimagiftrum latinè benè doctum, *& librorum Caftigationibus afsuetum*, Profefforem tamen, & quidem ex Philofophorum ordine, qui, orationibus, pro Civicorum funerum laudibus, & inter Beanorum depofitiones (quod cum veniâ Magni Grammatici dictum fit) fimilibusque de argumentis dictis, nec non Programmatibus nonnullis oratorii artificii laudem affecutus talisque habitus eft, qui res vel exiguâ, vel nullâ laude dignas, vel per fe vituperandas, encomiis tamen & verborum lenociniis in cœlum tollere noffet. Quali Patrono Confœderatorum Caufa egebat. Isne ipfus an alius eft? Affirmant conftanter omnes eum effe. Sunt qui nova monftra parturientem Moguntiæ fe vidiffe ajunt. Sunt qui allocuti funt. Norunt omnes, ipfe folus fe non novit, five quod infolitus honos, five quod infolita controverfia, afflictâ cerebri parte, non finit hominem effe apud fe. Quid mirum ergo, fi quicquid alii dicunt, multiplex confufio & titubatio & imperitia videatur homini, cui mens nunc adeo turbata, confufa & titubans eft, ut plane hellëboro indigere eandem manifeftum fit. Quid mirum, fi æger ille omnia ægrè ferat, & pro *miferis & abfurdis, parumque cohærentibus* habeat, quæ tamen talia effe demonftrare nequit. Sic folent qui corrupti palati funt, cùm ipfi malè judicant, ciborum faporem accufare. Sed quæ hæc eft calumniandi audacia, quâ Antiquator ait Fori auftregarum Authorem, *vellicatâ clarigationis voce in Vindiciis ufurpatâ, conficere velle, Clarigationem*

 eò

eò pertinere, ut toti Imperio raro auſu ſignificaretur repetitio rerum, totique Imperio clarigatio inſcripta videretur, quod nemo ſanus collegerit. Si ullâ honeſtatis aut pudoris mica Sycophantæ illi eſſet reliqua, Adverſarii ſui verba omnibus conſpicua, tam turpi cavillatione & hîc & alibi contorquere aut corrumpere non conaretur, & cùm aliam calumniandi occaſionem non invenit, ex conjunctione ſejunctorum, aut ſeparatione conjunctorum, aut utrorumq; depravatione eam non captaret. At nunc captat quicquid dolus malus aut ulla calumniandi ratio ſuggerit. Quid clarius quid intellectu facilius eo quod ait Forum Auſtregarum, Confœderatos *Majorum memoriâ inaudita poſtulare, propria authoritate, imò Marte proprio vindicare, atque hæc Cæſari in faciem prædicere & publicatis clarigationis (ut ipſi appellant) literis, toti Imperio raro auſu ſignificare.* Non hic verba, ſed rei ipſius indignitas pro merito vellicatur. Non hic Clarigatio toti Imperio inſcripta, ſed quæ uni Palatino, ceu teſtimonium indicti belli miſſa erat, per publicationem toti Imperio ſignificata, hoc eſt typis exſcriptis, editiſque clarigationis literis & miſſis quaqua verſum exemplaribus per Confœderatos, totum Imperium de bello, Electori Palatino ab iiſdem indicto, certius redditum eſſe dicitur. Clarigationem enim nihil aliud eſſe, quàm clara voce factam belli denunciationem ex Veteribus recentioribuſque Authoribus, notum eſt. Ejuſmodi autem Clarigationes & belli denunciationes, poſt Conſtitutiones de pace publica, poſtque tranſactionem Monaſterienſem, palam unum Statum alteri facere, & quaſi rem bene geſtam in Cæſaris, in omnium oculis eſſe velle, quam rari auſus facinus ſit, intelligunt quibus leges publicæ obviæ ſunt. Sanè per leges Fridericorum, Caroli quarti aliorumque, cum impetrari non poſſet juſtitia, licitæ ſuo modo erant

erant diffidationes & belli indictiones. Sed eas à Maximiliano I. in Comitiis Wormat. anno 1495. Rubr. Der Königl. Landfried §. Darauff. & §. Und ob Jemand. & in Comit. Augustan. anno 1500. Rubr. Erklerung deß Landfriedens. §. 1. Rec. Trev. & Colon. anno 1512. §. Und ob Jemands. Tum & à Carolo V. in Comit. Wormat. 1521. Rubr. Ordnung des Landfriedens tit. auffhebung aller Vehden. & in Comit. August. 1548. nec non in Constit. Crim. art. 129 aliisque semper severè prohibitas esse, nec quicquam cum tabulis Pacis aut Constitutionibus Imperii recentioribus magis pugnare, certum & manifestum est. Sed hæc pro antiquatis, vel nimis tritis & obviis, facile habet Antiquator, Caroli IV. Fridericorumque leges & veteres diffidationes, & jus manuarium, oratoriis aucupiis in gratiam Magnæ illus armorum societatis, cui operam locavit suam, introducturus. Ipso enim Judice, *nec ausu aliquo, nec raro aliquo ausu opus est, si quis velit res armis repetere.* Quodque *iis*, qui nullum alium superiorem Judicem, quam Deum & ensem, ut dici solet, agnoscunt, *usitatissimum jus, naturali ratione fundatum & gentium consensu approbatum est*, Id hic Veterator, mirâ metamorphosi totius Imperii Germanici, ad Statûs ejusdem, qui Cæsarem, qui Judices suos, qui leges Judiciarias habent, transferre satagit, *hosque postulata sua propriâ authoritate, imò Marte proprio apertoque vindicare sub prætextu violentiarum, damnorum & vexationis hostilis contendit*: quæ tamen vera an ficta, quaque ratione resarcienda sint, à Judicibus definiendum esse, omnes sani norunt; Solus mercenarius Declamator hæc ignorat, & Martem *illum Judicat esse justissimum & jus indubitabile.* Quid? Nondum Fœderatos in *tantum usos illo Martiali jure* (hoc est summâ injuriâ) *in quantum poterant*

terant ait : eosque nondum justum numerum cædium , incendiorum & calamitatum in Palatinatum exæquasse, iisque , quòd Fatis ita volentibus , summa imis non miscuerint , Palatinos gratias debere , haud obscurè innuit. Apage nunc Jurisprudentium turba cum tot legibus & titulis, imprimis de Judiciis & Ordine cognitionum. In rebus forensibus Antiquator noster , Prometheus ille, qui sapientiam omnem de cœlo clepsisse videri vult , viam magis compendiosam , quâ nec Triginta Tyranni compendiosiorem noverunt , clientibus suis monstrat. Si rem sive suam sive alienam, sive certam sive controversam ab alio petant , ineant modò magnam armorum societatem, aut jungant se initæ, armisque rapiant , quantum possunt & volunt atque hæc sua sive repetendi sive *defendendi necessitate , aut maturandæ sub clypeo pacis fieri , justumque & necessarium remedium sibi sic parari* strenuè clamitent , imprimis verò Legum de Judiciis Antiquatorem , majusculâ licèt mercede conducant. Is suis dicendi , imponendi , fallendi artibus & mille dolis haud difficulter efficiet , ut si id genus vindicationis non valde æquum , saltem non ab omnibus valde iniquum, ad minimum verò pro *tanta furoris audacia* (quo nomine à legibus cohonestatur) haud habeatur. Quod est *dirum jus!* Quæ *immania exempla* ? si non hæc, quæ hactenus Elector Palatinus, nullius noxæ convictus , nedum condemnatus, experiri coactus est. Tametsi ait Antiquator , *De domo Palatinâ antiquis Regalibus exeundâ nemo cogitavit.* Quid ergo sunt tot Wildfangiatûs, conducendi, vectigalium aliaque jura, per exercitum, per carnifices, per lictores interversa ? Sed ad hæc in promptu est solita vox Antiquatoris, scilicet : *Hanc esse vim Electoris Palatini , Regalium neque antiquorum neque in mundo existentium obtentu , Vicinorum Terras , jura , Regal*

galia , vera & antiquiora absorbentem. Hanc cantilenam ita sibi inculcatam habet , tamque promptè ad quodvis verbum cantat,ut non mirum sit,si Cuculi in morem à perpetuo cantu suo Vis Palatina nominetur. At æquas aures ad κακοφωνίαν illam jam dudum obturatas esse dubitari haud potest. Quamdiu enim firmo stant talo eæ leges & æquitatis rationes , quæ volunt de Vi, interdictis & possessoriis actionibus , non exercitibus experiundum esse , quæque dicunt , injustum esse spolium , cùm vel ipse Judex nedum pars sine juris ordine & prævia cognitione , etiam injusto possessori (quod tamen à Domo Palatina longissimè abest) rem eripit ; tamdiu stabit invicta illa veritas, quicquid jurium controversorum Fœderati quocunque Violentiæ prætextu , absque Judiciali cognitione & authoritate extorserunt , injustissima spolia esse. *Valde tamen præsumptuosa est Antiquatoris confidentia , qua sibi tanquam insigni invento plaⁿt , si posset lectorem suum subitò & ex tempore in errorem ducere , ut Statim oblitis & rejectis alterius partis rationibus & actis superiorum temporum, credat ,* unum multis , inermem armatis , Oppressum Oppressoribus , Palatinum Fœderatis bella intulisse. *Igitur quantumcunque sibi placeat hac technâ , nihil aliud , quam nugari censendus est, quando corrumpit ac pervertit omnem rerum actorumque seriem.* Illud ridiculum quòd à *Rusticis* , in quibus igorantia Juris & æqui, singulari legum beneficio excusatur , præjudicia & authoritatem nugis suis captat. Neque tamen mirandum valde ad legalitatem (quod præfiscini dictum sit Dictatori Grammatico) Rusticorum confugere Antiquatorem , cum eo loco ejus nunc esse ingenium , ut Mopso & cuilibet sano Agresti , si non plus , saltem tantùm acuminis esse , cùm aliis multis, tum sequenti specimine, manifestissimè pro-

bet. *Novum*, inquit, est & inauditum, aliquem *vi armatâ grassari*; quàm non potest sibi temperare à sueta cantilena: Vis Palatina) *in subditos & jura Vicinorum Statuum, vincula liberis, plagas alienis imponere, effringere portas clausorum locorum, aperire carceres, pellicere & contra Dominos legitimos concitare subditos, & deinde dicere, Nemo meis ausis obsistere potest, Non Imperium, non Cæsar, non inculpata læsorum tutela, nemo invocari adversus* vim à me *illatam potest. Construxi enim mihi meo arbitrio Forum Austregarum, & in eo me conclusi, nullius Juris ne naturalis quidem, nullius moris ne Germanici quidem & Imperialis, extra hos cancellos, nomen aut mentionem admissurus.* Si ullum sanæ rationis vestigium, aut mica aliqua honestatis, pudoris, fideive Sycophantæ & Mercenario Convitiatori reliqua, nec ipse totus à mendacibus furiis occupatus esset, tam turpibus & putidis commentis Principem optimum allatrando, suam existimationem, si quam adhuc habet, non decoqueret, nec rabidorum canum mores indueret. Sed scelesta mens exigui lucelli causâ nihil non dicit, nihil non facit. Cedò Calumniator quæ illa vis armata, quâ grassatus est Elector Palatinus: ubi, quando, quibus Ducibus exercitus illos conscripsit, quibus tot armatorum potentiorumque Vicinorum subditos adortus est? Quid respondes? Scilicet hìc atque alibi aliquando contumax ex hominibus propriis, sive Subditorum sive militum aliquo manipulo, Jurisdictioni legitimæ obtemperare adactus est. Sed si hoc est Vi armatâ grassari, annon Fœderati aliique optimi Magistratus tota die Vi armatâ grassantur? Qui verò subditi illi, in quos vi grassari Palatinos, mentitur? Homines proprii: quos tamen grassationibus armatis tantùm abest ut vexari passus sit Sereniss. Elector Palatinus, ut potius lenitate sua, auxiliis

liis & defensione à quacunque injuria, sibi addictissimos & in obsequia sua paratissimoseos reddiderit. Cedò Calumniator, quæ illa jura Vicinorum Statuum, in quæ vi armatâ grassatus Palatinus? Wildfangiatum, conducendi, vectigalium quæque iis annexa sunt dicis. Sed quis ea Fœderatis addixit. An Judex? an mercenarius Declamator? Si prius, cur ad arbitros itur? Si posterius, deliras qui controversa pro certis, harum rerum gnaris obtrudere vis. *Vincula liberis* imponi stomacharis, non ignarus id argumenti rebellionum Authoribus in plebe Romana sæpe ex usu fuisse, ast nunc parum proficies isthoc aucupio, cùm Fœderatos aliosque liberis sæpe vincula imponere, nec alium vinculorum usum apud Palatinos esse omnes sciant. Sed qui isti *liberi*? Homines proprii procul dubio, quorum non neminem aliquando ob contumaciam in Vincula conjectum credibile est. Atqui hos alibi servitutem miseram servire, & mancipia fieri clamavit Adversarius. Sic mos est Oratorum, ut sine mendacii metu, eundem nunc liberum nunc servum dicant. *Plagas* autem alienis imponere, longè abest à Palatinorum institutis, qui nec plagis homines proprios coercent, nec si coercerent, alienis illas imponerent, sed suis hominibus propriis. *Effringere portas*, non est nefas illi, cui per injuriam clausæ sunt, cuique non alia, quâ jure per easdem intrandi utatur suo, ratio relinquitur. De Deidesheimensi autem negotio sentire videtur Adversarius, in quo Electorem Palatinum injuriam accepisse non dedisse, apologia multis documentis munita testatur. Neque etiam nefas est *carcerem aperire*, si (quod Palatinis aliquando accidit) aliter miserum tuum hominem Proprium, per summam injuriam aut tyrannidem in eundem conjectum, ab extremo exitio liberare non possis: à

Palatinis

Palatinis autem pellici & *concitari subditos contra Dominos suos*, quis unquam fando audivit? Quis præter plaustrarium Convitiatorem, dixit? Quis probavit aut probabit unquam? Et Cujus illa Vox: *Nemo meis ausis obsistere potest?* Moguntini ejusque Fœderatorum, an Palatini? Judicent alii ex factis, ex ingenio & potentia, ex authoritate utriusque. *Imperium*, *Cæsarem*, tribunalia summa *adversus vim à quocuncunque Statu factam rectè invocari*, Tutelæ etiam inculpatæ locum esse, nullus Palatinorum negavit unquam, quin id facto suo Sereniss. Elector non semel comprobavit. Quid ergò blaterat de Palatinis impudentissimus Calumniator, quæ ipsis nunquam in mentem venere? Neque sic Rabula satis injuriæ sibi videbatur fecisse Palatinis, nisi & Ser. Electorem *sibi suo arbitrio Forum Austregarum construxisse*, *in eo se conclusisse*, *& extra illud*, *nec juris nec moris mentionem admittere*, turpiter mentitus fuisset. Quis Statuum Imperii tam emotæ mentis esse creditur, ut sibi ipsi Fora & Judicia suo arbitrio Construere, iisque secundum delirantis Antiquatoris schema se concludere velle præsumat? Et quis, quæso mortalium, cui aut virtus aut fama Sereniss. Elect. Palatini non ignota est, tam obtusi judicii esse potest, ut credat, tale quicquam sapientissimo optimoque Principi, quem ipse Adversarius, antequam ab adversa parte conductus erat, Salomonem Seculi nostri dicere non dubitabat, in mentem unquam venire potuisse? an ab ullo *Rusticorum* totius Sylvæ Herciniæ crassius aut insulsius quicquam expectari poterit, *novo & inaudito illo* Antiquatoris schemate? An qui quæstionem de Juribus controversis Wildfangi tùs, conducendi, vectigalium similibusque, ad ordinarium Austregarum Judicium pertinere Jure contendit, in illud insaniæ ab Antiquatore confictum barathrum, hoc ipso se

præci-

præcipitem dat? An ideo, *Cæsari compositionem dissidiorum tentandi, & pericula ex morâ Imperio imminentia, inhibitione præsentanearum violentiarum, depellendi potestatem* negat? Quis Palatinorum unquam talia cogitavit? Certè Author Fori Austregarum non uno loco contrarium sæpè testatum fecit. Attamen nequissimus Impostor adversarius *opinionem publicè perniciosam sibi confingit, eamque intimis fibris animi fovere Architectum Fori Austregici* contra evidentiam scripti ejusdem splendidè ementiri non erubescit. Sed ne sic quidem explere mentem pessimam potuit, nisi & aliam æque putidam addidisset calumniam, scilicet Palatinum scriptorem *inculcando Cæsareas Capitulationes, Cæsaream Majestatem ut importunum monitorem obtundere, imò ut non obscurum reprehensorem incusare.* Ergonè eo res rediit in Imperio; ut ad defendendam Electoris causam Cæsareas Capitulationes non liceat liberè allegare? Ergo ne protinus Cæsareæ Majestatis importunè monitæ, & cum reprehensione incusatæ reus erit, quicunque decenti Veneratione Imperatoriis Verbis & Sacramentis jus suum certius ostendere, sicque Judicem Judiciumque ordinarium tueri allaborat? Singulare hoc est inventum Scholastici Declamatoris, hisce nec controversiis nec argumentis satis assueti, cui in quæstione de Principum Foro constitutiones Imperii ut nimium obviæ sordent, & Imperatoriarum capitulationum mentio, *importuna monitio & intoleranda incusatio Cæsaris est.* Quid vero alienius à praxi totius Imperii, & ab æquabilitate optimorum Imperatorum? Sed Imperium Imperatoremque in hisce *reformare*, & quæ illi tota die benignè permittunt, & ut justa meritò admittunt, ferociter improbare & tollere, Antiquatori Austregarum facilè videtur. *Verum tam vasti voluminis proventus non est unius sæculi, nedum unius* Antiquatoris *res, cujus nova &*

va & mirabilis sapientia quàm est publica Imperii securitati contraria, tam in spongiam incumbat oportet, si sanus de Statu & conservatione patriæ ejusque membrorum sensus perennare debet. Sed de alio crimine nunc respondendum erit Palatinis. Nam quod tam sollicitè coram Imperatore, coram legato ejus in totius Imperii conspectu toties publicè, toties privatim, se ordinario Austregarum Judicio sistere velle promiserunt, hoc ipso Cæsarem, legatum & totum Imperium, ludos fecisse arguuntur, scilicet, *quia mera simulatio est cum de Austregis sermo fit. Cum verbo tantum Austregæ præferantur. Non enim Austregis magis quàm aliis Judicibus unquam confidebant Palatini.* Comminiscitur scurra improbissimus aliud ex alio, flocci faciens etiam quicquid ipse & omnes Fœderati in contrarium alibi dixerint. Quoties autem & quam apertè dixerunt, Palatinos ideo Austregas quæsivisse, ut appellandi copia & pluribus Judiciorum Ambagibus potirentur. Si hoc, profectò sermo de Austregis non potuit esse simulatus, & nihil nisi verba præferens, sed maximè serium, & rei Ipsi intentum esse oportuit, cùm extra omnem dubitationem sit, ad appellationem ab Austregis non potuisse perveniri, nisi lite reapse in Austregarum Judicium deductâ sententiâque ibidem latâ. Cogitet etiam quisque sanus secùm, An in manu & potestate Palatini fuerit, post tot contestationes Imperio atque Augustissimo Imperatori factas, verbis & simulatè se judicio staturum spondere, rem ipsam autem vitare, Cùm Fœderatis integrum fuerit, forum, ad quod provocaverat Palatinus, protinus adire, atque omnem excipiendi tergiversandique occasionem eidem adimere. Quid enim excipere potuisset contra Judices, quos ipse coram Cæsare totoque Imperio flagitaverat? Et si in jus vocatus non ivisset, quâ ratione pœnam sententiamque contumaciæ evitare potuisset? Cur viam

Juris

Juris tam planam ingredi, aut saltem tentare noluêre Fœderati? Nempe quia ipsorum *consilium*, *machina spesque* omnis in armis, sermo verò de Jure Judicioque *mera simulatio* erat. Propter *simulationem tamen Palatinam*, *& inania talium prætextuum*, *eos detrectâsse* Austregas ait. Cujus detrectationis causa quantò falsior ineptiorque est, tantò injustiorem rem ipsam esse judicare promptum est. Succenturiatur & alia accusatio. *Trahitur* (inquit Antiquator) *impudentissimè Authoritas Cæsaris in Causam Juri & Majestati Cæsaris adversam, Augustissimus Imperator Leopoldus, tacitè potius quàm expressè, rejicere petitam à fœderatis Commissionem, & repetitam negare voluit. Quis expectaret talia à tali loco, in tali rerum & Actorum luce? Artifex novus scit, quid Imperator tacitè loquatur, & tacitæ actionis figmenta opponit, non tacitæ actionis publicis, & pro jure suo loquentibus Testimoniis. Rejecit Augustus Commissionem quam decrevit.* Tanta hic apparet in adversario stupiditas, & judicialium rerum ignorantia, tantaque simul malitia, ut incertum utra alteram vincat, & mirandum sit, si in quoquam mortalium vincatur alterutra. Scriptor Palatinus hanc causam agit, hoc vult, ut controversia de Wildfangiatu aliisque Juribus, à Judicibus ordinariis qui sunt Austregæ sive Commissarii Cæsaris primum cognoscatur definiaturque, post, si quæ pars gravatam se senserit, res per appellationem ad suprema Cæsarea tribunalia sive aulicum, sive Camerale judicium deferatur, & secundùm leges judiciarias terminetur. Antiquator contrà, armatam vindicationem & bellum intestinum, contra Cæsaris inhibitiones susceptum defendit. Cujus ex hisce causa Juri & Majestati Cæsaris adversa sit, facilè vident, qui aliquid vident. Neque quisquam dubitare potest, Imperatorem tacitè potiùs quàm expressè rejecisse eam Commissionem, quam multis validisque exceptionibus impu-

gnatam, nullâ sententiâ confirmare, sed evanescere & resuscitare volentibus de novo non dare, sed sopitam manere voluit. Cum nihil frequentius sit in Cæsaris aliisque Judiciis, quàm ut Processus semel decreti, exceptionibus ejus, contra quàm impetrati sunt, auditis iterum cassentur, vel tacitè & actu ipso, vel expressè, sive latâ sententiâ. Declamatori tamen nostro nihil mirabilius, *eique novus Artifex, quid Cæsar tacitè loquatur sciens, videtur is*, qui ad justissimas deprecationes abstinente Cæsare, abstinentibus Commissariis, sicque intermissa commissione, planeque sopitâ, quin & resuscitare volentibus negatâ eadem, colligit eandem à Cæsare tacitè rejectam esse. Imò & hoc non capit Declamator, quomodo in *Comitiorum conspectu per sub, & obreptionem commissio impetrari* possit. Vel ignoret quo sensu sub, & obreptio dicatur, vel in consilio Statuum eâdem facilitate, quâ in aliis Senatibus summis, â causarum Oratoribus vera taceri & falsa narrari posse, sicque rem per Fœderatorum Oratores in hoc ipso negotio gestam esse nesciat aut dissimulet oportet. Quàm verò *non in media Comitiorum luce*, nec justis suffragiis nec facto SCto, commissio illa elicita sit, sæpius & accuratiùs & *per omnem rei gestæ seriem* demonstratum est à Palatinis, ad quod nihil quod reponat habuit habebitve Adversarius. Ex quibus certum & clarum est, quæ de ritè impetrata & per *pertinaciam* Palatini malè detrectata Commissione is effutiit, *falsa, depravata, contorta, plenaque fabulis, calumniis, cavillationibus, impotentis animi & effrenati oris certissimis testibus esse*. Atque ejusdem planè farinæ est, quando, eo quod in Foro Austregarum dicitur, *Judicia dari in invitos, Cæsaremque* si Commissarios Judices competentes judicasset, vel invito Sereniss. Elect. Palatino, per *eosdem causam cognoscere & definire potuisse*, malèferiatus Calumniator quasi per fidicu-

fidiculas extorquere vult: *Lacessi Cæsarem importunis disputationibus, quid possit vel potiu non possit, Litem Majestati Imperatoriæ ingrato animo intentari.* Quid est sine sale, sine ingenio, imò sine mente quidlibet quod in buccam venit blaterare, si non hoc est? Potestatem coercendi jurisdictioni non obtemperantes, Voluntatem justitiam exercendi, religiònem sua suorumq; prædecessorum promissa servandi, non absque veneratione Augustissimis Imperatoribus adscribit Fori Austregarum Author. Hoccine est litem *Imperatori intentare, & quid is non possit scrupulosè quærere & disputare?* Quis id assereret, nisi improbissimus Calumniator & impostor, cujus similem forte nec ætas ulla vidit, nec videbit unquam. Dum blandis verbis Imperatoriæ Majestati adulatur, virulenter mordet, & quasi optumus Imperator non ex justitia, sed *gratia & Clementia singulari* in alteram litigantium partem, non ex jure & more, *sed ex admirabili patientia, ad expugnandam patientiam partis non parentis, in Commissionis negotio se gessisset*, calumniatur sacrilegus. Ne hic quidem substitit scelerati Impostoris impudentia. Sed & ea, quæ nec in Foro Austregarum unquam dicta, aut ab Authore ejusdem unquam cogitata sunt, scripta mentitur, indeque stulto & ridiculo conatu non victoriam modò, quasi debellatum esset, sed & triumphos sibi confingit, & facinus centum boum mactatione dignum se designasse putat, & non nisi *res grandes* heic *sibi aliisque promittere videtur*. Ecce molimina. Fori Austregarum Autorem ait dicere, quod *Privilegÿ Palatini nec necessitas nec usus in re præsenti esse possit.* Atqui hæc in eo Foro, quod Palatinis cognitum est, haud reperiuntur. Cæsareæ Authoritatis interpretandi Privilegium nec necessitatem nec usum in re præsenti esse ibi legitur. At privilegii nullum esse usum haud legitur.

Verba sententiaque Fori clara & hæc sunt : *Privilegij quidem interpretandi authoritas est penes Cæsarem qui dedit ; at ejus nec necessitas nec usus in præsenti esse potest.* Additur ratio; *Ubi ex obscuris aut ambiguis verbis aliud elici , quàm dator privilegij voluisse videtur , ad hunc recurrendum est , ut animi sui sensa declaret, & ex incertis certa faciat. Heic nullum verbum , nulla sententia dubia , ambigua aut obscura. Certa & plana omnia.* Concluditur : *Quis ergò interpretationi locus esse aut quid lucis inde sperari poterit ?* Si hæc assertio , ratio, conclusio non manifestissimum & certissimum faciunt usum interpretationis, non verò usum ipsius privilegii negari , nihil certum aut manifestum in toto Mundo esse poterit. Non puduit tamen nequissimum mendacissimumque Declamatorem, stentoreâ voce clamare , *Sic abdicari & damnari privilegij titulum. Maximiliani dicta non unius assis æstimari. Ejusdemque Cæsarum & aliorum diplomata non tantùm sperni , sed & Electores Palatinos argui & refutari , imò Cæsaream & Electorum authoritatem rejici & despretui haberi, quin & omnium Electorum illas confirmationes petentium & impetrantium sapientiam stultitiæ argui.* Quas sanè calumnias non ab alio quàm improbissimo scurra, atq; ab ipso Patre & Principe mendaciorum proficisci potuisse, omnes intelligunt, qui rectam & honestam disceptandi rationem à Calumniandi libidine discernere nôrunt. Cæterùm multa imperitè & absurdè ganniendo de interpretationis Cæsareæ necessitate , nihil aliud facit rabula , quàm ostendit , quàm sit Cumanus Asinus ad lyram admotus , quàmque non intelligat , quæ lites interpretationem & explicationem, quæque ordinarium Judicii processum & sententiam definitivam flagitent. *Stupidos credat necesse est quos ita decipere instituit, ut persuaderi eis velit ,* gravissimam hanc controversiam

subla

sublatum iri, si interpres aliquis oblato Maximiliani diplomate respondeat. Ego ex hoc diplomate, ex hisce literis non video, Maximilianum jura sequelæ, lustrationum, contributionum, vectigalium, conducendi, & similia (de quibus disceptatur) nominatim[1] dedisse. An hæc vel alia interpretatio diplomatis Maximiliani partes litigantes componet? Nihil minus. Cùm de rescripto illius aut alterius non sit controversia. Quæ fuerit mens Cæsarum hoc privilegium confirmantium, ex ipsorum claris & perspicuis dictis liquet. Fœderati ajunt, jura quæ exercent Palatini non contineri expressis Maximiliani Verbis. Idem fatentur Palatini. Quid ergo interpres Diplomatis pronunciabit inter partes quoad diploma consentientes? Contra Palatini ajunt, se antè & post Maximiliani ætatem, ab immemoriali tempore, jura illa legitimè possedisse, exercuisse, adeoque eorum nunc tanta possessione securas esse, maximè cum & Cæsarum rescripta quantum ad Wildfangiatûs & Bastardorum jura, possessionem & consuetudinem Palatinam confirmaverint. Fatentur Fœderati jus. Negant autem factum. Si Palatini tamdiu jura hæc possederint & exercuerint, de jure eorum securos esse non negant. Negant verò possessione & exercitio allegato eos gavisos fuisse. Tota quæstio ergò eò redit, An Palatini possessionem & exercitium illud ita habuerint. Ad hujus decisionem ordinariam & Judicialem cognitionem, testium Instrumentorumque, imprimis veterum documentorum excussionem, tandemque sententiam definitivam flagitari, nec verbuli alicujus interpretationem hîc fundum facere qui non cernit, cum in media luce cæcutire nemo dubitare potest, *nisi importunissimus mortalis*, cui tantum acuminis non est ut assequatur, quomodo etiam absque literis Cæsarum, Regalia antiquissimo usu & possessione firmiter niti queant

Qui

Qui omnem historiam superiorum temporum solus deglutiisse videri vult, ille nescit, Imperii proceres & olim & nunc de juribus & regalibus suis vel per solum longævum usum certos fuisse. Illud etiam acuti ingenii specimen in Antiquatore mirari licet, quòd, cùm notissimum sit, *Privilegium* aliquando pro rescripto seu diplomate, aliquando pro jure, quod diplomate continetur accipi, stupidissimus Declamator tam evidentem differentiam intelligere non possit, & cùm Palatini privilegium, hoc est jus ipsum, ante Maximiliani tempora se habuisse dicunt, de bullis & diplomate dici, ea vero exhiberi aut in lucem proferri non posse clamitet: Cumque Palatini Usum juris sine rescripto constare posse ajunt, *Usum non posse allegari ullum, nisi qui privilegio niteretur, & usum à privilegio divulsum, chimæram esse* blateret, quasi Palatini jus usu defendentes, usum vindicarent, & jus ipsum abdicarent. Quarum nugarum vanitas suopte ingenio & se, & Authoris sive Antiquatoris prodit stultitiam, quæ quidem in tantum nunc processit, ut histrionis instar mutato quasi indumento subitò JCtorum Coriphæum agere, *leges, Canones, glossas, Panormitanos, Bursatos, in Camera Assessores, in Cathedra Doctores, in Curia Consultores, crepare & quid Stylo aut sensu juridicum sit*, pro Imperio dfinire eosq; qui omnium consensu, aliquem saltem locum inter JCtos meriti sunt, ne inter tyrones quidem ferre velit. Cùm tamen omnes nôrint, qui impudentissimum Adversarium nôrunt, cumque scriptum ejus evidentissimè ostendat, ne extremis quidem labris Juris Studium, quo superbire vult, eum degustâsse, aut ulla tyrocinia in eodem fecisse, nedum ab ullo mortalium in JCtorum numerum relatum esse. Sed Stultorum imaginatio ex rustico quandoque Regem faciens, quis miretur, si ex inflato Scholastico Declamatore magnum JCtum

JCtum efficiat. Ergò quod felix fauſtumque totique Oratorum generi honorificum ſit: novus noſter Tribonianus, deſperatum opus per medium profundum aggrediens, loquendi barbariem pragmaticis, nonnunquam rebus, quàm verbis intentioribus, uſitatam, nec non veterum Romanarum legum, ad noſtras de Principum Regalibus controverſias, applicationem, & ſi quid præterea in uſu Juris hodie eſt, non ſatis nitidum, radicitus evellere, atq; omnia ſuo ſplendori reſtituere ſatagit. Veſtra verò, ô piiſſimi manes, Veterum ultra & Citramontanorum Interpretum dolenda eſt ſors. Quantæ enim vobis pro incondito infelicis ſæculi veſtri ſermone metuendæ erunt Caſtigationes, ab hoc novo Triboniano, qui tam atrox caſtigationis exemplum, non ita pridem in neſcio quem, non ſatis ad nutum ejus loqui auſum ſtatuit, quique *longiſſimi temporis uſum dici* tantopere horret, quod tamen loquendi genus non modò, à JCtis non alienum eſſe JCti, ſed & ipſum Ciceronem de Nat. Deor. 2. *longinqui temporis uſu quid percipere*, dixiſſe, Oratores norûnt. Et vobis Cæteris, quibus eximii JCti nomen partum, à novo noſtro Imaginario JCto cavendum, Nam niſi in quæſtione fori *Hipothesin*, ad cauſam principalem ſpectantem, accuratè & præproperè probatam dederitis, Antiquatore Judice, actum erit de Eximio veſtro nomine. Imò ad tyronum ſubſellia detrudemini ſi, *uſum eſſe optimum legum & privilegiorum interpretem ad eumque imprimis recurrendum* dixeritis & (licet additio nihil ad rem faciat) non protinus addideritis; Cæſarem quoque Privilegia interpretari poſſe. Hanc enim condemnationem Author Fori Auſtregarum experitur, quod de Foro tantùm diſceptans, præſcriptionem Jurium controverſorum cum omnibus requiſitis non probavit quodque inutilem ac non neceſſariam additionem omiſit. Et Tu Balde,

 Feline,

Feline, Enenckel, sexcentiq; veteres & recentiores JCti ridiculi estis nostro Novo JCto; qui ex Pomponii lege Privilegia præscriptione acquiri concluditis. Vosque Summorum aliorumque Tribunalium Judices, qui in Relationibus vestris toties legem eandem eodem sensu accepistis, videte ne adversus vos malè judicati actio intentetur. Ne autem in posterum præsentissimum à magno illo imaginario JCto, vobis metuendum sit periculum, novam & certiorem ab eodem discite allegandi Jura rationem. Ille enim suas *Leges, Canones, Glossas, Abbates, Bursatos*, in confirmationem illius adducit; quod non tantùm non controversum, sed & Adversario probatissimum est. Generale namq; Juris dogma, *ejus esse interpretari Privilegium, cujus est largiri*, multis illis Juris fulcris stabilire voluit, cum idem illud in Foro Austregarum apertis verbis assertum esset. Sed leges & Canones ipsos à tanto Juris Magistro allegatos etiam videre operæ pretium erit. Citat legem sextam C. de SS. Eccles. quæ sic ait: *Omni innovatione cessante, vetustatem & Canones pristinos Ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt etiam per omnes Illyrici Provincias servari præcipimus, ut si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri Reverendissimi Sacro Sanctæ legis Antistitis, Ecclesiæ Urbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativâ lætatur, conventui sacerdotali sanctoque Judicio servari.* Citat etiam cap. 12. X. de Judiciis, cujus hæc sunt verba: *Cùm super Privilegiis Sedis Apostolicæ causa vertatur, nolumus de ipsis per alios Judicari.* At quid hoc rei est? Cum non desint textus qui expresè dicant, *beneficia Principalia ipsos Principes interpretari*, ipsorumque esse *æstimationem quem modum beneficii sui esse vellent. l. 43. ff. de Vulg. & pupil. Substit. l. 191. de R. I.* cùmque impræsentiarum de Principum Privilegiis agi manifestum sit, quòd legalitas Consultissimi nostri novi

Tri-

Triboniani, iis locis superbire voluerit, quæ de Privilegiis Sedis Apostolicæ à Deo concessis, & à Pontifice ut Vicario ejus explicandis(hic enim sensus d.c.12. placet Canonistis) nec non de Interpretatione Sacerdotali Canonum Ecclesiasticorum agunt? Nempe mercenarius Declamator, à tot Archi-Episcopis & Episcopis conductus, totus nunc Episcopalis factus, nihil loqui aut somniare potest, quo non vel Pontificis, vel Episcopi alicujus gratiam captet. Et sane in plurium Protestantium causis tam petulantem insultorem egit, ut, quod Scipio Carthagini, hic, si eadem maledictis quæ armis, vis inesset, Protestantibus minari videatur. Sed ridetur meritò vanitas hominis, maledictis se rem omnem confecturum putantis. Ad allegata verò Juris Magistri nostri ut redeamus, ab alio illa suggesta, alteriusvè Locos communes de Privilegiis Sedis Apostolicæ,& Canonum sacerdotali interpretatione compilatos, & quicquid ibi repertum fuit, cœco impetu chartis illitum esse, nemo dubitare potest, cui Antiquatoris crassa Juris ignorantia, & misera allegandi ratio, sive ex hoc ipso scripto, sive aliunde perspecta est. Aliud etiam arcanum vobis JCtis ab hoc Magistro discendum erit. Scilicet, si usus postulet, ne vos pudeat authores tam corruptè allegare, ut nullus Oedipus intelligere possit locum quem indigitatis. Sic enim Imaginarius noster Tribonianus Melandrum citat. Plura id genus discere licuisset, nisi Antiquator *Compendium Disputationis solo cavillandi studio à se motæ*, (Mirum est tam ingenuam confessionem ab homine, tam maligno proficisci posse) faciendum, & Cuculus ad solitum cantum sibi redeundum putâsset. Itaque quasi longo silentio Tauri vires contraxisset, majori boatu exclamat, Jurium Palatinorum *Usus est facti iniqui continuatio, perpetuâ malâ fide nixa, perpetuis contradictionibus, protestationibus in Judicio, & extrajudicialiter ab iis quorum inter-*

est repulsa. Id verò falsissimum esse plurima investituræ, conventiones, Rescripta & vetera Documenta, quibus munita est Justitia Causæ Palatinæ, manifestò evincunt. Eâdem mentiendi libertate Forum Austregarum de Solis *legalibus Austregis* agere voluisse ait, cùm tamen ex titulo, & toto contextu ejusdem aliud probetur. At O divinam (scilicet) subtilitatem Hominis, qui linceis suis oculis videt, controversiam de Juribus Hominum propriorum, olim ante Austregas Legales, Arbitris, à Conventionalibus Austregis vix differentibus submissam, & more ordinario dijudicatam, nunc non ordinariâ viâ cognoscendam, aut sententiâ definitivâ terminandam, sed Cæsareâ interpretatione explicandam esse, quique odoratur, etsi olim quæstio de Juribus nonnullis in Homines proprios ex Privilegio Palatino exercendis, cognitionem & Decisionem solitam desideraverit, nunc tamen, cùm plures Adversarii plura in controversiam rapiunt, & *chaos universalis prætensionis faciunt*, rem faciliori negotio & levi interpretatione expediri posse: Denique qui, cùm integræ sententiæ Arbitrorum, suis verbis, bonâ fide referuntur, *modum & formam producendi probationes accusat*, quasi verò stultissimus ille disceptator in Vindiciis, & hactenus editis suis nugis meliori usus esset, qui longè deteriori usus est. Equidem ex iis, quibus hactenus chartas suas implevit Adversarius, satis superque constat, cum *præter imperitiam suam nihil publicasse, & ne saniora quidem loquendi spem fecere.* Et quid à Vanissimo Declamatore, quem nuper sumpto habitu & cristis militaribus cathedram conscendere omnes ridebant, præter *gloriosi militis vaniloquia exspectes?* Quid hic Simei aliud, quàm calumniatoris *improbi convitia, quibus & explet & finit paginas futiles* dabit! Quomodo *Ulularum & simiorum* parens alios quàm brutales mon-

monstrososque partus enitetur ? Est quod gratuletur sibi Author Fori Austregarum, quòd gravius infortunium à tam immani bestiâ non acceperit, quodque illa *jejunitatem stringosa & inficeta scriptionis silentio transmittere*, & non satis *ornatè eloquenti* tantum crimen *condonare voluit*. Miranda hæc gratia in tam crudeli Castigatore, & gratissimo animo meritò agnoscenda est. Igitur solenniter profitemur, pro hoc tanto tamque insperato beneficio, nos plurima mendacia totidemquem fraudes Antiquatoris non vindicaturos, quin & apud Criticos & Oratores intercessuros, ne propter tot barbara & cæca vocabula, tot ineptas parentheses, tot rancidas tautologias, tot hiulcas & obscurissimas locutiones, ejusdem fatiscenti acribeiæ grandem aliquam dicam scribant, sed patiantur tantùm hâc vice, hominem *infantiâ suâ & circulatoriâ affectatione horribilis facundiæ sibi placere, & opportunum se ridere volentibus præbere*. Illud verò sic Calumniatori condonari non potest, quòd Episcopos, *si Reverendissimi dicantur, satyricè morderi*, & cum de damnis & injuriis à Fœderatis Palatino illatis querela fit *in Eminentissimum & Serenissimum Electorem Moguntinum adspersum venenum, inque tot Imperii Status & nomina, probra & calumnias profundi calumniatur*. Scurra nequissimus ex se metiri alios, suique ingenii naturale vitium Palatino scriptori imputare, frustrà laborat. Ipsus, ipsus est, qui infandum probrorum cacoethes in tot optimos Principes Palatinos, (*quorum venerationem leges & mores non Imperii modò, sed humani Orbis præcipiunt* quique juribus, nunc in controversiam raptis, optimo jure usi sunt) evomit. *Ideo mores sui ulciscentur & describent rabiosum os; & toti mundo noscendum præbebunt, fœcundum in tot crimina ingenium, elogio brevi adscripto: Antiquator Fori An-*

ri An-

ri Austregarum fecit. Hoc epitaphium nullius nisi Antiquatoris meretur malignitas. Palatinos enim scriptores, tum de hisce, tum de aliis vicinalibus controversiis, disceptantes, modestiam, reverentiam in Principes, imprimis in ipsum Eminentissimum Electorem Moguntinum, testatos esse, & si quid durius dictum, id causâ ita flagitante rem, non personas tetigisse, scripta ipsa docent. Fœderatis etiam leniorem ante fuisse stylum satis cognitum est, quin & magna eorum pars acerbitatem scripti Anno 1654. in Comitiis Ratisbonensibus contra Sereniss. Elect. Palatinum exhibiti sibi displicere, nec mandatis suis consentaneam esse, confessa est. Quamprimùm verò plaustrarius ille Convitiator, turpi lucro inflammatus, manum calamo admovit, tum protinus calumniis, mendaciis & virulento strepitu personant omnia, tum optimi Principes, nullius noxæ adhuc convicti, nullâ sententiâ controversis juribus abstinere jussi, ut Tyranni, raptores, prædones, perpetuæ malæ fidei rei, & si quid turpius excogitari potest, traducuntur. Tum qui ex jure & æquo bonam causam defendunt, simii, Ululæ, Sycophantæ, mendaces, Calumniatores rabidi, & quales non? audiunt. Denique tanta tum in Orbem invehitur maledicendi rabies, ut nec Diabolus majorem invehere possit, & rabidus Antiquator maledictorum omnium sentinam funditus hausisse, indeque planè furere videatur. At ô bone Deus! quantopere nunc ungues suos acuit in Authorem defensoremque Fori Austregarum! Quod castigationum virus attrahit? quàm anxiè in vitam & mores ejus inquirens, convitiandi calumniandique occasionem captat? Cùm nihil eorum reperit, quæ quantaque mendacia meditatur! Videmus equidem, ut Socrati à Xantippe, ita nobis ab impudentissimo Calumniato-